VICTORIA UNIVERSITY
3 1761 06310461 6

IN HONOREM

Johannis Wilson, LL.D.

ANNOS QUADRAGINTA

Literarum Latinarum et Græcarum

IN

Universitate Victoriæ Professoris,

Alumni donaverunt,

A.D. MDCCCLXXXVII.

SORANI
GYNAECIORUM

VETUS TRANSLATIO LATINA

NUNC PRIMUM EDITA

CUM ADDITIS GRAECI TEXTUS RELIQUIIS

A DIETZIO REPERTIS

ATQUE AD IPSUM CODICEM PARISIENSEM

NUNC RECOGNITIS

A

VALENTINO ROSE.

(CUM 2 TAB. LITH.)

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Conradus Gesnerus Turicensis aliquot annis ante mortem qua praematura litteris ereptus est (13. Dec. 1565) paene quinquagenarius, cum Augustanae urbis bibliothecam perlustraret, manuscriptum repperit *Μοσχίωνος* cuiusdam librum *περὶ γυναικείων παθῶν* (nunc cod. Monac. 511 chart. s. XVI), quem ut ederet senatus permissu ablatum mox propria manu „reversus“ descripsit atque emendavit.[1]) in quo negotio adhibuit eiusdem auctoris codicem latinum (nunc Hafniensem = h), quem (post inventum graecum[2]) „inspiciendum“ miserat Michaelis Isingrini gener Thomas Guarinus Belga typographus Basileensis. eodem deinde „diversorum autorum“ libro latino usus est anno 1564[3]) ut „Harmoniam“ suam Gynaeciorum conficeret Casparus Wolfius Gesneri et discipulus et in munere academico successor, cui mox et ipsum graecum Moschionem cum aliis scriptis suis imperfectis (botanici inprimis operis apparatu celeberrimo) moriturus ille reliquit, parum quidem ad hunc laborem sufficienti, nisi quod Moschionem a Gesnero emendatum cum Gesneri adnotationibus, ad calcem corporis Gynaeciorum una cum veterum illorum auctorum harmonia (anni 1564) Wolfiana a Guarino Basileae a. 1566[4]) impressi, revera edidit, scriptorem non „Graecum recentem“, sed Latinum a Graeco quodam recente, ut ferebat aevum talium versionum ferax (cf. Hermes II, 146), verbotenus cum scribarum latinorum vitiis omnibus translatum, adeo insulse ut, licet Graecus[5]), vel graece exercitii causa balbutientis hominisque latini speciem gerat interpres saeculi XV. unde non immerito iam Gesnerus in notis exclamavit (p. 57) „quaedam eius modi in hoc libro occurrunt, ut ex lingua Latina ab aliquo

Graecae linguae non satis perito translata in Graecam videri possint. cap. 133. ubi Graece θερμότης, id est, caliditas legitur: in translatione est callus: et quidem melius ut videtur. cap. 138. παρεχόμενά εἰσι, adhibenda sunt: et λάμνεια, lamina: ῥητέα ἐστὶ, pro εἴρηται". attamen haec non Latini sunt linguae parum periti, sed Graeci latinae linguae imperiti et adversus proprii sermonis naturam latinizantis cum codice latino quem habuerit corrupto obscuroque saeculi fere X vel XI, non ipso quidem quem tenemus Bruxellensi (b) sed Bruxellensis simillimo. itaque omnis illa Moschionis „Graeci" vana species est non tam consilio quodam ipsius interpretis nata quam aut librariorum aut lectorum incauta opinione.[6]) iam igitur quod per tria saecula litteras turpavit concidat Gesneri inventum, resurgat Muscio.

Muscio vel (ut antiquissimus codex habet) Mustio, qui in praefatione translatorem se profitetur graeci operis, uno codice Hafniensi testante (quem non intellexit Gesnerus in ipso nomine corruptum) Soranum transtulisse intelligitur „secutus soronum"[7]), ita quidem ut ex Sorani partim brevibus Responsionum medicinalium libris (Anecd. II, 166. 168. 172. 174. 179) eis qui erant de muliebribus partim ex uberioribus de eadem re commentariis corporisque de universa medicina multo postea compositi vel ut ipse ait „Triacontados" (triginta sc. librorum[8]) parte ultima (Cael. Aur. p. 252 cf. Sor. gr. II, 12, 46) epitomam quandam conficeret libellis duobus comprehensam obstetricumque usui omissis eis destinatam quae eruditionem saperent et historiam. hic Muscio Afer erat (cf. ind. s. zenzur, gingar, boba), sicut Afri erant saeculo quinto Caelius Aurelianus et Cassius Felix graecorum medicorum interpretes et si non sectae nomine tamen aetate atque sermonis usu inter se coniunctissimi, Siccensis ille et methodicus, hic logicus „artensis" i. e. (ut significavi in praefatione libri nuper a me editi) Cirtensis[9]). ab utroque quam maxime differt Muscio alius sc. aut regionis aut

aetatis homo, ut puto recentior saeculi VI, cuius quamvis adhuc opusculum supersit non adhibetur tamen in vetere illa ipsius sexti saeculi Oribasii versione fere aequali quae ad regni gothici aevum referenda est „aliorum auctorum“ additamentis a translatore interpolata, sed innominatus potius exscribitur Caelius Aurelianus Sorani etiam in muliebribus interpres, cuius fragmenta fragmento (post Apulei herbarium) Leidensi saec. XIII a Luciano Müller primum monstrato, a me recognito (Hermes IV, 141) addita ad finem Muscionis nunc comportavi. duplex igitur extabat Sorani gynaeciorum versio latina, quarum altera periit, alterius per medias aetates ad nos propagata est memoria. nam Muscionem tractasse videntur etiam medici Salernitani quibusque in Celsi codice Florentino saeculi XI qui Muscionem continet gynaeciorum opus aliud debetur sex libris barbarice compilatum.[10]) Muscionem deinde saeculo XIII (praeter codicum excerpta[11]) inter auctores quibus usus fuerit testatur Simon Ianuensis[12]), testatur saeculo XV quae ipsum illum codicem Florentinum Francisco Philelfo visum expilat Sorani ad Cleopatram ficta epistola „ex bibliotheca Goldasti“[13]), testatur eodem saeculo Sigmundi ducis Bavariae 1460—67) medicus Iohannes Hartlieb in gynaeciorum tractatu germanico quem misit ad Fridericum III. imperatorem.[14]) hic enim quem alios quoque libros latinos in linguam nostram transtulisse notum est, Mustionis se librum habuisse contendit ipsamque tangit curiosam illam novamque (quae Sorani est ex capite *περὶ δυστοκίας*) schematum expositionem quibus infantes nascantur, cuius manifesto notitia deprehenditur in libro a. 1513 edito et ipso germanico qui mox „tota Europa distrahitur“ primo post Muscionem rei obstetriciae breviario Eucharii Rösslin medici Francofortensis aetate subaequalis.[15]) qui licet Muscionem numquam nomine appellaverit Avicenna usus aliisque ex longa consuetudine promptis, tamen primus quales ipsum Soranum imitatus solus tunc Muscio latinus habebat

uteri muliebris imagines addidit situs infantis varios rudi exemplo demonstrantes.[16]) haec figurae 16 numero (vel 14, si pro uno sint gemellorum tria exempla) earum quas inter codices latinos unus adscriptas codex Muscionis Hafniensis servat (XV numero), nam reliqui duo laborem negligentes declinaverunt (id quod consulto se fecisse graeci codicis Soranei scriptor confitetur), certa quadam et ipsarum linearum ductarum et universae rationis, adiectae insuper explicationis similitudine memoriam servatam produnt. quae similitudo cum in novam ex Eucharii exemplo consuetudinem res abiret, in posterioribus partim eiusdem libri editionibus saepissime repetiti partim aliorum auctorum libris imitatorum quodam adornandi studio aliquatenus mox obscurata est. inter quos (a. 1554) fuit Jacobus Rueff Turicensis amicus Gesneri nostri, cuius commode mox accessit Graeculus ille quem vidimus. atque Gesnero quamvis erranti debetur quod Muscionis nomen apud Italos post a. 1300 paene extinctum, deinde cum Celso miro modo renatum saec. XV, duratura nunc litterarum notitia confirmatum maneat.

Muscionem autem hunc vel Mustionem, qui Sorani fuit interpres latinus, graeci operis licet de eadem materia duplicis etiam in rerum ordine textum secutum esse, hoc ut consentaneum ita ipso confitente manifestum est. sic enim ait II, 24: „subsequebatur schema de fistulis in matrice positis, quod schema transferre nolui, si quidem obstetricibus supervacue hoc insinuamus“ (cf. II, 4 extr.). in ipsis rebus quod hic illic quaedam discrepare videntur, hoc inde factum est quod in priore libri parte qua de conceptione et partu agit physiologice ex Responsionum libellis transtulit nunc deperditis, in altera autem qua de morbis mulierum, „quoniam omnium valitudinum speciales curas (isti libri) non habent“, iustos commentarios doctis hominibus scriptos supplementi causa excerpsit, neglecta scilicet interrogationum et responsionum ratione, si unum capitulum exceperis et graece et latine corrup-

tissimum de partu difficili. post quod repetit interpres argumentum de retentione secundarum bis textu paululum divergente nescio an ex duplici fonte positum. ego sc. cum eadem argumenti serie etsi non eodem ambitu eandem fere materiam in utroque opere tractasse videatur, non dubitavi ipsum graecum textum, cuius reliquias discerptas felicissimo olim invento Fridericus Reinoldus Dietz Parisiis repperit, ad Muscionis textum latinum quasi quandam normam denuo componere. in hac enim re falsus est Ermerins, qui ex Dietzii apographo imperite post mortem impresso capitula Soranea cum Aetianis (libri XVI) quae eadem docerent ad novam quandam et plenam muliebrium collectionem ab anonymo quodam composita primus exsecuit, orationem corruptam scite emendavit. eundem ego prout potui corrigens laborem repetivi et Aetii textu comparato graece inedito et quod neglexit Ermerins ad Dietzii apographum quamvis fidum denuo (a. 1878) nec sine fructu collato codice Parisiensi[17]) unico Sorani fonte. nam qui eiusdem collectionis particulam quandam eandemque continent (sc. codicis Paris. cap. 1—44. 55—67. 69. cf. not. ad ed. Dietz. p. 90. 161 et Erm. praef. p. CX) libri vitiis tantum modo aucti recentissimi Barberinianus et Vossianus, ipsius codicis Parisiensis apographa[18]) sunt in usum virorum doctorum et Latinorum a Latinis facta (saec. XVI).

Sed unde Muscionis nomen scriptori latino qui, licet in loco prorsus turbato nec graece nunc extante utpote ex responsionum opere sumpto, Muscionem ipse citet Graecum scilicet *Μοσχίωνα.* sic enim legitur II, 17, 8 „et haec sunt causae quas Muscion (sic cod. Hafn. ubi „ego mustio“ Brux. „ego muscion“ Laur.) et ceteri auctores voluerunt facere difficultatis partus. Soranus vero noster alias suggerit causas“. ubi codices bl qui ad exemplum praefationis „ego“ illud imitati intulerunt ne manifestae interpolationis rei viderentur vel correcturae prorsus ineptae, omiserunt quod certissimum est „Soranus vero“ legentes pro „nostro“ Sorano. iste autem Moschion

qui revera etiam Sorano testis semel est in alio quodam graeci textus capitulo quemque idem Soranus in fragmento illo amplissimo de alopecia citat apud Galenum (XII, 416), Asclepiadeus fuit et Asclepiadis Bithyni doctrinae „corrector“ (Gal. VIII, 758), qui ex altero Asclepiade iuniore pharmacione (XII, 745. XIII, 528. 537. 646. cf. etiam 853) et ex Andromacho (XIII, 30 etc.) saepe in remediorum scripturis a Galeno citatur in t. XII et XIII (ed. Lips.).[19]) quod autem in capitulo de difficultate partus errore natum falsumque est scriptoris testimonium, hoc ubi certum est in praefatione fictum esse prompta est suspicio, quae tamen vix ei congrua fuerit qui alieni operis translatorem se gerat, non proprii auctorem. obviam quidem apud Latinos etiam „Muscio“ est (C. I. L. III, 5265 ubi „Auscus Muscionis filius“), sed qui octavum Inscriptionum Latinarum tomum nuper editum indicesque inspexerit, ei nescio an suspicio incidat Afrum fuisse Mustionem quales Afri fuerunt frequentissimi illi in Numidia (et Mauretania) Mustii (Mustiosi, Mustioli, Mustaci una cum Mussiis et Mussiosis).[20]) atque ita fieri sane potuit ut Muscion (*Μοσχίων*) testis extaret scriptori qui esset Muscio vel Mustio.

cuius ut incerta sunt nomen gens aetas omnia, ita incerta libri est fides, qui codicibus quidem satis antiquis sed paucis et corruptis atque, cum ad graecum interim textum utrique consonantes spectent, aequali fere auctoritate dissociabiliter divergentibus ad nostram aetatém traditus sit. hunc ego meliorum codicum ope destitutus nunc prout potui primus edidi, additis ex unico codice graeci textus reliquiis Dietzianis recenti aetate sine spe excerptis pessimeque habitis. ansam autem totius negotii dedit codex Hafniensis[21]) quem nemini adhuc cognitum Hafniae moratus repperi anno 1863.

Berolini 7. Sept. 1881. V. R.

Post praefationem supra scriptam cum Romam Sorani causa me contulissem (praeter cod. Vatic. 6337 fol. min. chart. s. XVI qui f. 40 sqq. inter apographa ex cod. Laur. 73, 1 facta Muscionem etiam continet f. 94—136), in codice Palatino lat. 1304 ex multis Heidelbergae anno 1553 maleque compacto repperi (14. Nov. 1881) Muscionis (f. 81/90 + 68/79) exemplar ex ipso textu qualem praebet liber Hafniensis nitide magis quam curiose exscriptum saec. XIII. in quo extat pessariorum appendix (omissa quidem post „solvet" subscriptione alienisque insuper ad finem additis f. 77—79), extant hoc uno praeter Hafniensem schemata per duas paginae hic in usum pictoris divisae columnas cum textu descripta (XVI quidem numero, non XV, cum ultimae figurae textus per integram paginam scriptus in duo ex dimidio quoque versu frustula composita mire discerptus sit), contra desunt post initium libri secundi capitula quaedam integra a scriptore omissa (II et III cum dimidia parte primi = Hafn. f. 10[b] sup. usque ad 12[a] sup., quae habet Wolf. p. 89 sqq.). Roma deinde reversus Berolinum sub ipso anni termino ex Cantabrigiensi collegii S. Ioannis bibliotheca ad nostram mea causa translatum accepi alterum etiam Muscionis exemplar (sign. D. 4 vid. M. Cowie, Catalogue of the mss. in the library St. John's college, Cambridge. Cambr. 1842 p. 32), quod equidem non saec. X, sicut olim qui primus inspexit nuntiavit Darembergius) Oribase t. I p. XXV. cf. ei. hist. des sc. méd. t. I Par. 1870 p. 179) sed XIII item saeculo ab erudito scriptore (cui ut hoc utar „obstetrix" semper est quae reliquis omnibus „obsetrix") ad fidem aeque

recensionis Hafniensis conditum fuit, ita tamen ut integris novoque partim ordine suppletis interrogationibus quas omiserat h, Florentinum simul exemplar (l) aut quod ei simillimum fuisset in subsidium doctae cuiusdam emendationis adhiberet. atque eiusdem confusionis (hl) etiam ex secundo certe libro codicis Palatini ceterum fidelioris vestigia exemplis enotata habeo. utrumque igitur codicem ut recentem ita nullius omnino ad textum constituendum auctoritatis esse eodem quo inspexi temporis momento cognovi, hoc solo gavisus quod in ultimos hos duos, non primos delatus essem. nam citius, ut Baconis utar cum Rittero nostro, ex errore emergit veritas quam ex confusione.

Berolini 25. Ianuarii 1882. V. R.

1) cf. Gesneri de libris a se editis epistolam ad Guil. Turnerum (post Ios. Simleri vitam Gesneri Tig. 1566 f. 29[b]), ubi „de nondum editis partim perfectis partim imperfectis adhuc" sic profitetur; „6. Moschionis medici Graeci de affectibus muliebribus librum ex bibliothecae Augustanae exemplari, quod unicum et corruptissimum habere hactenus potui, descripsi et emendavi, editurus per occasionem, vel Graece Latineque simul, vel saltem Latine, una cum Prisciani et Cleopatrae Gynaeciis, quae manuscripta habeo". unicum quidem illud „hactenus" exemplar dicit quia „in Italia quidem eundem asservari nanuscriptum certo noverat Gesnerus, eumque frustra iam aliquoties a quibusdam plus nimio tenacibus, ne dicam invidis possessoribus impetrare conatus est" (teste Casparo Wolphio ante Mosch. gr. ed. Bas. 1566 in epist. ad Io. Kentmanum). qui nescio an idem fuerit codex Italus cum eo ex quo a. 1561 (ut testatur subscriptio) Venetiis descriptus est Vindobonensis (med. gr. 39 Ness.), unde prologum olim supplevit Lambecius quemque in absurda illa editione qua libellum ex graeco latinum, ex latino graecum factum in latinum denuo transtulit (Viennae 1793) negligenter adhibuit Dewez, quem ad Dewezii textum mox (a. 1799) contulit Weigel (cf. Sprengel praef. ad Diosc. p. XVII. Hermes IX, 475). Venetum autem illum nunc deperditum (quem Italum credas Gesneri) diversum fuisse a Leidensi quem habemus, hoc inspecto et cum Weigelii notis comparato, nuper cognovi. Leidensis tamen apographum extare Parisiense (cod. gr. 2152) Darembergio visum est.

2) 'Cum...Thomas Guarinus...manuscriptum codicem Latinum Moschionis cuiusdam de Gynaeciis inspiciendum misisset: iamque ego prius Moschionis librum eiusdem argumenti Graece manuscriptum haberem...volui eos conferre' (Gesn. ad lectorem ante Annot. in Mosch. gr. p. 51).

3) nam quae 'Harmoniae' praemissa est epistola Wolfii data 'Tiguri, pridie Calend. Iunii. Anno Salutis, 1564' sic incipit 'Cum superioribus mensibus...Gesnerum...convenissem ...memoriam libri diversorum autorum, de Gynaeciis manuscripti, in mentem ei revocavi. Hunc cum per negotia ipse...minime posset...mihi...edendum obtulit.'

4) '*Μοσχίωνος περὶ γυναικείων παθῶν*, id est Moschionis medici Graeci de morbis muliebribus liber unus: cum Conradi Gesneri viri clariss. scholiis et emendationibus, nunc primum editus opera ac studio Caspari Wolphii Tigurini medici... Ex bibliotheca Augustana. Basileae, per Thomam Guarinum M. D. LXVI.'

5) ipse vidi codicem eorum qui nunc extant antiquiorem Lugd. Bat. gr. 62 a (Catalog. p. 337) bomb. s. XV, quem in Graecia a Graeco scriptum fuisse patet. habet is praefationem qualem Vindobonensis, habet libri imperfecti quot habent reliqui capitula 152 usque ad verba *ἢ ὀγηλότητος* (sic), ubi in margine alia manu notatum legitur *ἕως ὧδε* (sc. describatur). sequitur capitulum decem versuum a Gesnero omissum *πέρὶ τῶν μυξαρίων*, deinde quae *ἰάματα* ille inscripsit usque ad v. *ὄξους χρῶ*. desunt quae pessaria continent Gesneri cap. *ρνγ — ρξγ* (des. *συνέλαβε*) a Moschione aliena, sed pro his in indice praefixo notantur ipsius Moschionis tituli qui in textu desunt *ρνγ —ρξς*, quorum ultimus est *Πῶς τὸ νήπιον δοκιμάζομεν εἰ τεθνηκὸς εἴη*, ita tamen ut et spuriorum illorum capitulorum Gesnerianorum quae desunt inscriptiones tamen atramento pallido additae legantur in ima parte fol. 3^{v}. ceterum advertendum est in margine inferiore eius paginae ubi textus deficit Moschionis notam librarii positam esse ex parte recisam hanc † *μὴ μεμφθῶ παρὰ τοῦ ἐμοῦ κυρίου καὶ ἀφθέντου, ὅτι τὸ ἀμφίβολον* (sic) *πάνυ σφα*⟨*λερὸν?*⟩ *ὁμοίως καὶ αἱ ὀχλήσεις ἄπειροι ἐτύγχανον ἐν τῇ οἴκω ὅλην τὴν ἡμέραν*. quam excusationem ex exemplari transscriptam quasi imitatus esse suis ambagibus videtur etiam auctor apographi Vindobonensis in subscriptione quam legis apud Lambecium Comm. de bibl. Caes. Vind. l. VI p. 139 (ubi *μὴ μεμψάσθω τὸν γράψαντα τῶν σφαλμάτων* etc.).

6) quod Muscio latinus ait in prologo (cod. Brux.): 'placuit mihi hanc quoque genechia in latinum vertere sermonem' sic dedit Graecus codicis Lugd. *ἔδοξεν ἐμοὶ ταῦτα τε τὰ γυναικεῖα εις* [εκ] *τὴν* [ης] *τῶν λατίνων μετατρέψαι διάλεκτον* [ου]. ita ut ipse eadem manu librarius se corrigens scribat, *ἐκ τῆς τῶν λατίνων μ. διαλέκτου* (id quod habet cod. Vindob.).

7) quae verba, utpote corrupta, omisit Wolfius in prologis scriptorum Harmoniae praepositis p. 5, sicut ipse Gesnerus nihil suspicatus scripserat ad Mosch. p. 55 'in ea enim (sc. latini Moschionis praefatione) se Gynaeciorum librum graecum autore non nominato transtulisse ait'. ceterum ut Wolfius sic Gesnerus et latinum codicem et graecum textum citat emendatum, non sincerum, quod vel ipse confitetur ad Mosch.

gr. c. 125 sic afferens latina quaedam: 'Lat. translatio (ut nos legimus) sic habet' etc.

8) sicut corpus licet non ab ipso auctore compositum librorum Hippocratis appellatione Alexandrina ferebatur ἡ πολυθρύλητος ἑξηκοντάβιβλος (cf. Arist. Pseudepigr. p. 379).

9) nisi forte 'Cirtensis Siccensis' (C. I. L. VIII p. 197 cf. 618), ita ut et ipse testis fuerit studii medici quod tunc Siccae floruerit i. e. Cirtae novae ('Colonia Iulia Veneria Cirta nova Sicca' pleno nomine habetur in inscr. 1632). attamen 'Q. Cassius Felix' quidam revera extat in inscr. Cirtensi (C. I. L. VIII, 7566. cf. 10702), sicut 'L. Caelius L. f. Aurelianus' in inscr. Vallit. no. 1289. cf. V. Guérin, Voy. arch. dans la régence de Tunis t. II p. 58. 184.

10) cod. Laur. 73, 1 f. 154: 'Explicit genecia a Cleopatra facta a sorano lib̄. IIII.

Incipit liber geneciae. ad soteris obsetrix.' iam sequuntur quasi praefationis loco verba quaedam excerpta ex praefatione eiusdem libri qui modo praecessit (f. 148ᵇ—154) Cleopatrae i. e. 'duorum' Theodotae et Cleopatrae librorum versionis latinae, cuius auctor non traditur. mox autem a verbis 'Soranus Soteris dixit. obsetrici ad singula quęrenti ab eodem' Sorani quaestiones de muliebribus excerptae proponuntur quales habuit Muscionis liber, non verbis tamen Muscionis, sed nova eorum quasi quadam paraphrasi recentioribus explicatae, hic illic nostris Muscionis exemplaribus pleniores. haec post alia ab initio interiecta continuantur f. 158ᵃ in libro II qui incipit sic f. 156ᵇ 'Explicit liber I. geneciae. Incipit liber II. de causas matricis' etc. Cleopatrae autem q. d. libellus redit cum praefatione sua in (pessariorum) libro V. finitur sextus f. 175ᵃ sic: 'Explicit liber VI. de conceptione et causas profluvii.' nunc alius in codice variorum sine ordine praeceptorum liber sequitur 'De signa matricis quando in loco suo non est' etc. mox f. 186ᵇ Incip̄ tituli muscionis auctoris' (I—CLXXXII). ego sex illos libros quorum collectio incondita Petroncelli rationem aliorumque auctorum Salernitanorum in memoriam revocat, ipse Florentiae perlustravi, exscripsi interrogationes Sorani omnes, quae etsi ficta fuerit Soteris illa quae nunc primum apparet traditam libri auctoritatem titulo confirmant.

11) integri codices nunc extant tres saeculorum X, XI, XII. sed praeterea cod. Vindob. lat. 2504 s. XIII f. 43 seqq. 'Genecia' habet capitulis 54 quae ex Muscione (qualis legitur in codd. bl) excerpta sunt, quibus sine titulo adduntur alia quae ducta sunt 'ex libro matricis' (quem ait Wolfius) et ('Desideranti tibi'...) ex Cleopatra. contra in codice nunc deperdito, cuius reliquum est folium unicum Apuleio Leidensi assutum (Hermes

IV, 143) leguntur primum (in fol. recto) conceptoria excerpta ex pessariorum appendice qualis extat in Muscione Hafniensi, deinde f. v., post fragmentum Caelii Aur. de apto tempore conceptionis, ex alio fonte conceptoria alia.

12) in praef. 'Item ex gynetia Musionis que egritudines matricis et mulierum accidentia continet greco stilo'.

13) Epistolae Heraclii... Sophoclis... Antonii... Cleopatrae... Sorani... de priapismo Cleopatrae reginae eiusve remediis. Nunc pr. ed. ex bibliotheca Melchioris Hamingsfeldii Goldastii. Impensis Conradi Nebenii (post Priapeia Gasperis Schoppii. Frf. ad M. 1506 (sic i. e. 1606) cum praefatione 'typographi': quam sequitur testimonii loco adscripta epistola Francisci Philelfi ad Philippum Mediolanensem dat. Mediol. pridie non. Ian. 1449 de codice Celsi et Sorani medico (Epist. fam. l. VI f. 43[a] ed. Ven. 1502). codex olim „basilicae Ambrosianae' (v. Detlefsen in Verh. d. 27 Vers. D. Philol. zu Kiel 1869 Lpz. 1870 p. 92) quem nuper repertum Mediolani viderat Philelfus, tunc a doctis hominibus summa cupiditate expetitus idem sine dubio est qui nunc Florentinus Celsi clarissimus. hunc multi descripserunt, hunc etiam circa medium hoc saeculum XV artificiose (cf. 'state' pro 'stera' in qu. 6. — 'spuunt semen per meatus' qu. 17 ex corrupta lectione 'et sputuito meatus' i. e. 'spermaticus meatus') exscripsit qui composuit epistolam Sorani ubi de matrice p. 173—74 = Sor. Musc. qu. 6—17 (codd. bl). Hafniensis enim quem langobard. litteris scriptum in Italia fuisse usque ad saec. XV ex lectorum Italicorum notis adscriptis certo constat (ipso autem saec. XV Cantabrigiam, postea demum Hafniam delatus est), is quam maxime sua lectione differt.

14) de Io. Hartlieb ducum Bavariae medico v. Neu-fortgesetzter Parnassus Boicus, oder Bayrischer Musen-Berg. Augsp. 1736 S. 42—50. eius Secreta mulierum ex Alberto Magno et Trotula duobus libris compilata germanice habentur in cod. Berol. germ. fol. 928 ch. s. XV (ut in cod. germ. Monac. 261), ubi sic praefatur: 'Seyt nu der allerdurchleuchtigest kayser frydrich (qui regn. a. 1440—93)... begert hat durch den hochgebornen Sigmundn hertzogen in bayrn sein fürstn und lieben sun den sein kayserlich magestat an seynem hoff erzogen hatt zu teẅtschen die gehaym der weyber So dann albertus und ander beschryben haben ꝛc. Also hat der egenant furst hertzog Sigmund in Bayrn (regn. 1460—67) von kayserlichm gewalt mir doctor Hartlieb seynem artzt gebotten sollich arbaytt auf ze nemen... mox fontes recensentur Albertus etc. 'Item mussio (sic) ein hochr mayster in krÿechn hat gemacht ze lieb ainem kayser genant Gamaliel (!) auch von der

gepürdt und außgang der frucht das selb puech lert und sagt das die gepurt und außgang der kind ist in achtzeherlay mafs und sind allain zwen weg an mittl güet und grußlich an sorg die andrn weg all sind vast besorglich oder aber todlich Dabey hat er auch gemelt und beschrÿben wie man derselben irrung in der natur unt artzney und kunst ze hilff und zu statn kumen müg und süll durch die gelertn hebamen Aller durchleuchtigister kayser das puech wär ayn groffer schatz und notturft in alln tewtschenn lannden.' cf. fol. 79: 'Hie heben an die Capittl uber das püech Trotula macrobÿ (in S. Sc.) gylbertini (Gilberti Anglici?) und mustio als zusamen gemischt das doctor Hartlieb getewtscht hatt.' deinde post indicem capitulorum f. 82: 'Hye heppt sich an der war text und dye haymlich gloß des puechs Trotula und darein gezogen die geheim macroby Gilbertini und mustio.' Mustionis tamen in ipso textu vestigium nullum reperio, quia revera operis post Pseudo-Albertum pars altera Trotulae tantum versionem continet prae reliquis quos differt auctoribus supra nominatis. v. f. 77: „Nach dem puech Secreta Secretorum das da nach dem text und seyner gloß wol getewtscht ist kan ich nit anders versten noch erkennen dann das puech Trottula werd vor den andern die dann oben genant sind geteütscht..." Muscionis autem versio sic praeparata num revera a Iohanne edita sit, quia nusquam comparuit, dubium est.

15) titulus libri celeberrimi 'Der Swangern frawen und Hebammen Rosegarten' (s. l. e. a. 4°), cui post privilegium Maximiliani imperatoris datum Coloniae 24. Sept. 1512 praefationem scribit 'ich Eucharius Rößlin in artzney doctor'... 'Datum zů Wurms' 20 Febr. 1513. auctoris medici Francofortensis iam ante annum 1532 mortui (anno sc. 1526, ut docuit Stricker: Janus II, 394) in eadem urbe postea 'et nomen et functionem' referebat filius Eucharius Roeslin sive ut latine appellatur Rhodion alter, cui patris libellum a docto quodam viro in latinam linguam suo iussu versum anno 1532 dedicavit Chr. Egenolphus bibliopola Francof., sicut idem ipse testis est in praefatione. idem est Eucharius natu minor qui a. 1533 Egenolphi herbarium edidit (de quo E. Meyer Gesch. der Bot. IV, 335), mortuus a. 1553/54 v. Siebold Gesch. der Geburtshülfe II, 6 Meyer l. c. p. 337. L. Choulant, Graph. Incun. f. Naturgesch. u. Medicin p. 89.

16) Eucharius quidem Avicenna utitur in capite quod primo obtutu plane conspirat cum Muscione de embryulcia IX: habet enim Avicenna (Can. III, 21, 2, 14 'de regimine quorundam antiquorum in extrahendo fetum mortuum') ipsa verba translata Pauli Aeginetae (6, 74). et hic autem et (quem

non habuit Avicenna) Aetius (ex Philumeno 16, 23) ad Sorani doctrinam aeque redeunt, Latinis quidem Eucharii aetate adhuc incogniti. de schematibus nascendi (cf. Aetius 16, 22. Paul. 3, 76) pauca, quia pauca Paulus (cf. v. Siebold I, 236), habet Avicenna, sed quae suis admisceat Eucharius, velut ad partum III extr. Avic. III, 21, 2, 25. plura praebet Albucasis (chir. II, 75), quo non ille utitur. sellae etiam obstetricalis mentionem addita pictura fecit Eucharius. partus autem fig. Muscionis quae pro XV (vel XVI, cf. ad M. II, 18, 20) nunc extant XIV Eucharii figuris item XIV (vel si mavis XVI) sic fere respondent:

M.	1.	2.	3.	4.	5 (6).	8.	9.	10.	10b.	11.	12.	13.	14.	15.
= R.	1.	2.	5.	8.	9.	4.	3.	6.	11.	7.	10.	11.	12.	13.

schema Muscionis quod sit septimi (a R. item omissum) revera deest quia pro eo ponitur quod infra redit 12. ceterum famosam illam inter medicos (cf. Haeser I³ 321) in graeco Gesneri Moschione uteri figuram Gesneri esse vel Wolfii, non codicum (quamvis rudi aliqua figura descriptus uterus habeatur in uno latino Bruxellensi, Hafniensis enim spatium tantum vacuum offert), hoc ut expressis verbis dicatur mirum est quod nunc etiam necesse sit. ista autem schemata per multa saecula variasque manus ut tradita ita corrupta ab ipso Sorani instituto omniumque gynaeciorum fonte principali repetenda sunt, quae vel in exemplari quod codicis Parisiensis scriptor legerat diligentius edito extitissent. ipse enim Parisiensis alba modo spatia reliquit, in indice titulorum medio haec confessus: *ἐνταῦθα ἐστὶν ἑνὸς ἑκάστου σχήματος τὰ ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς διαπλάσεως τῶν ἐμβρύων καὶ πῶς ὀφείλει ἐκβάλλειν ἕκαστον ἡ μαῖα, μετὰ τῆς ἑρμηνείας τοῦ γράμματος, ἐάσαμεν δὲ διὰ τὸ ποικίλον.*

17) in cod. Paris. 2153 ch. s. XV f. 218—289 (foliis quorum 5 ultima alba sunt, 72 versum 39) habetur codex Soraneus a reliquis quae grandi hoc volumine nunc comprehenduntur olim separatus et diversus. inscribitur primo folio nihil nisi rubrica haec † *πίναξ τῶν γυναικίων παθῶν καὶ εἰς πόσους τμηται* (ov, superscr.) *λόγους τὴν τῶν | γυναικίων παράδωσιν*:～ praecedit scilicet index capitulorum ex Sorano et Aetio collectorum numero ρξζ, textus autem qui imperfecte scriptus desinit in ipso initio c. ρκς, sine nomine auctoris incipit f. 220 *Εἰς πόσους* etc. supra tamen in margine paginae rudi manu pinguique bibliothecarii cuiusdam vel possessoris, quae notulis identidem adscriptis currit per codicem, legitur

σωρανός ῎/ς (=*ἔστιν*).

et Sorani nomen comparet etiam medio in indice praecedente, ubi ad verba sub num. *με* adscripta de omissis a

scriptore fetus in utero formati figuris haec nota addita est † *γυναικεῖος ὑποζώγραφος ὀλυμπιάδος ἡρακλείας διαπεμπομένης πρὸς κλεοπάτραν βασίλισσαν αἰγύπτου.*

+ *σωρανός*:∼ +

in quibus rei obstetriciae, ut sunt feminae medicae, ita pictrix femina appellatur Olympias ad Cleopatram missa, et Cleopatrae ut saepe coniunctus ipse Soranus.

18) codicem bibliothecae Barberinae (I, 49) inspexi Romae 1. Dec. 1881, Berolini Vossianum (gr. oct. 18 cf. Catal. p. 400) 24. Ian. 1882. mira compendiorum graece scribendi in utroque ignorantia prostat. in utroque autem eadem codicis Parisiensis capitula habentur sine numero eodem ordine scripta. atque Vossianus quidem post c. 61 Dietz. charta alba (183) interiecta addit sine inscriptione aliena illa *περὶ τῶν ἐν νεφροῖς λιθιάσεων*, quae cum in Barber. uno cum praecedentibus tenore scripta legantur, in medio Sorano exhibuit Dietz p. 151—161. deinde f. 203—207 in eodem Voss. sequuntur *Ἑρμοῦ τοῦ τρισμεγίστου περὶ σεισμῶν. ἐν ἄλλω ὀρφέως.* Barberinianus autem (f. 1—165. 4° min. 'Legato nel 1829') qui eadem prorsus (numero quidem 58) capitula habet indice titulorum (*Εἰς πόσους καὶ τίνας λόγους τμητέον*...usque ad ultima tria *Πῶς γνωρίζομεν τὸ πρὸς ἀνατροφὴν ἐπιτήδειον, Περὶ τῶν ν. λ., Θεραπεία τῶν λιθιόντων* — sic — *νεφρῶν*) praefixo aucta ipsoque suppleto capituli primi initio quod in Vossiano deest (qui sic sine tit. incipit *Τὸ δὲ πρακτικὸν, τὸ μὲν, ὑγιεινὸν λέγουσιν*), in tergo folii textui (f. 1 *Πίναξ*) praemisso inscriptum habet *ἐστὶ τοῦ σοφωτάτου σωρανοῦ τὸ βιβλίον* atque in fronte manu s. XVII 'Sorani de morbis muliebribus'.

19) ita etiam in latina Alexandri versione vetere Muscio est qui *Μοσχίων*. scilicet ubi in ed. Pap. 1520 I, 72 f. 30[a] legitur 'Item aliud in LVIII. titulo Theodorus muscienus ad epilepticos', ibi cod. Berol. lat. qu. 303[a] f. 51[a] „Titulū theodori miscionis ad epilempticos' (graece ed. Bas. p. 81: *ἐκ τοῦ νη^{ου} θεοδώρου μοσχίωνος πρὸς ἐπιληπτικούς*). cf. Alex. lat. ed. f. 29[b]: 'in quinquagesimo octavo titulo (sic!) theodorus. epileptico autem cadente si de maioribus digitis pedum eius sanguinem tollas et linias labia eius et frontem mox surget' (idem habet Theod. Prisc. lib. IV p. 82) ubi rectius cod. Berol. f. 50[b] „In ūō (=II°) titulo theodorus dixit. Epilempticus autem dum cadet. et si de maiori digito pedis eius sanguinem tollis. et line labia eius et fronte. mox exurget.“ graece p. 79 *ἐκ τοῦ δευτέρου θεοδώρου.* qui sane Theodorus Moschion, cuius simpliciter *Μοσχίωνος* (*τοῦ Σύρου* add. codd. L. M[f] Puschmanni I p. 571) in eadem de epilepsia capitulo Alexan-

der citat etiam p. 84 (quod habet Theod. Prisc. IV p. 82), idem fortasse est cum Moschione Galeni et Sorani.

20) cf. ibid Punicum nomen Mustumbal (4922), Mutthumbal, Muthumbal (Muthunus, Muttun, Mettun, Mottun).

21) codex Hafniensis littera fracta langobardica (vel beneventana) scriptus saeculo XII (cum correcturis coaevis manus vulgaris) ex duabus partibus constat quibus continentur haec:

I. f. 1. 2 alba.
3 Genecia muscionis.
28v Cleopatra.
31v Alfabetum galieni.
60v Virtutis demonstratio omnium medicamentorum (fragm.).
61 Liber dietarum diversorum hoc est alexandri et aliorum (Anecd. II, 107).
66v Dieta Ypocratis [Theodori].
72 (al. m.) Liber artis medicine.
75v Dogma Ypocratis.
77 Liber Oribasii (de quo alibi).
II (sine num. pag.)
1 (m. non lang.) Liber antibalomenon.
2 (m. lang.) (Antidotarium).
3 (Fragm. varia).
4 Medicamentarium quod continet dicta urivasii doctoris per alfabeto.

in f. 149 (ad in. libri VI practicae Oribasii) m. s. XV legitur 'orate pro ff. nichō cencte lowe'. idem nomen 'cencte lowe' in margine extat ad Medicamentarii (II, 4) initium. in ultimis codicis foliis quattuor supervacaneis variorum aut lectorum aut possessorum notulae habentur (s. XIII—XIV), in quarto haec (s. XV): frater thomas Glowcetur carmelita. ibidem infra notulae anglicae s. XVI (ryght & well ...). in ipso denique tegumento praeter medicamentum quoddam italica lingua scriptum s. XV (XIV) haec leguntur (m. s. XV):

'Anno a mundi creacione 4815 universitas Cantebrigia. fuit a cantebro edificata. et a philosophis et scienciarum inventoribus multum feliciter decorata' atque paulo inferius (ab eadem manu):

Lapsum ne dampnes hominem quia labimur omnes.
aut sumus aut fuimus aut possumus esse quod hic est.

haec ipsius Gesneri testimonia prostant in epistolis ad Io. Kentmannum Dresdensem medicum (physicum Torgensem) quas, ab a. 1550 usque ad a. 1565, habet „Epistolarum medicinalium Conradi Gesneri, phil. et med. Tig., liber quartus.“ Vitebergae 1584. 4° (librorum trium Tig. 1577 editorum supplementum).

29. Oct. 1556: „Mitto ad Exc. tuam, doctissime Kentmanne, epistolam in tuum nomen inscriptam, Moschionis de muliebribus affectibus libro Graeco praefigendam, si tibi non displicuerit, et typographus aliquis admiserit. Vix enim ut Graecè aliquid seorsim edant, induci possunt. Si omnino detrectent, inveniam Latina aliqua eiusdem argumenti, quae adiungam. Tu si quid fortè habes, communica. In epistola dedicatoria, pro tuo arbitrio mutabis, addes, detrahes, et tempestive remittes, si quid mutaveris.“

17. Martii 1558: „Moschionis editionem primo quoque tempore promovebo: Cuius nuncupationem tibi non improbari valde gaudeo.“

25. Aug. 1558: „Moschionis tibi dedicati curam, ut cuderetur, hactenus habere non potui, defuncto illo typographo qui cudendum receperat: et me in libro de piscibus ita occupato, ut aliud vix cogitare liceret. Deinceps vero prima quaque occasione habebo, et brevi forsan Basileam descendam, hanc praecipue ob causam. ubi etiam latinum vetus manuscriptum exemplar inventurum me confido, quod si contingat, dabo operam ut imprimantur unà, et mutua collatione per me ambo corrigantur. nam Graecum meum exemplar valde est depravatum, nec potui melius adhuc ex Italiae bibliothecis (quamvis ad multos eruditos amicos meos scripserim) nancisci.“

27. Febr. 1559: „de Moschione imprimis dico, quem nuper manuscriptum quendam codicem latinum, è Graeco illo translatum nactus, multis in locis emendavi, sed latina versione rursus me per dolum privavit ardelio quidam. eam ut denuo acquiram, curandum mihi est.“

25. Aug. 1559: „Moschionem tuo nomini dicatum quò minùs ædiderim hactenus, fraude cuiusdam (hominis ambitiosi,

qui veterem latinam versionem à Typographo mihi concessam, sibi ut suo nomine æderet, retinuerat) effectum est. Hac hyeme, ut spero, nihil prohibebit, quò minùs cudatur."

16. Iunii 1561: „Spero et Moschionem cum aliis, Basileae excusum iri brevi."

23. Martii 1563: „Moschionem tibi promissum nondum editum esse maximam suspicor esse tuae abalienationis caussam. Sed exemplar Graecum est longè depravatius quàm putabam, ut eius ferè me pudeat, aliud diu expectans ex Italia mihi promissum, sed frustra. Nunc etamsi haberem emendatissimum, non facilè paratum ei typographum invenirem."

[24. April 1563 ad Io. Cratonem a Crafftheim (Ep. med. libri III per C. Wolphium ed. Tig. 1577. f. 5 b): Kentmannus olim de me bene meritus est. ab eo enim ad vivum pictas accepi innumeras et rarissimas stirpes, pisces et alia, cum descriptionibus quibusdam: et maguum rerum fossilium numerum: propter quae beneficia gratus esse volui: in gratitudinis signum promisi ei aliquando Moschionem de morbis muliebribus, et eius nomen inscribendum: sed tum sperabam aliud exemplar Graecum emendatius, (unicum enim manuscriptum corruptissimum habeo) me nancisci posse, ea spe rem diutius distuli: tandem desperans Cassium a me versum dedicavi: sed ille iam aliquot annis . . . nihil prorsus ad me litterarum dat."

24. Iunii 1564: „Moschionis morem ferre te aequo animo valde gaudeo, neque eius ego immemor ero."

23. Martii 1565: „Moschionis memoriam non deponam. Thomas Guerinus Basiliensis typographus recepit se impressurum, cum aliis quibusdam muliebribus."

27. Aug. 1565: „Muliebria nostra tandem aliquando spero prodibunt. Fefellit promissionem suam typographus Basiliensis. Sed fiet tandem aliquid, Deo favente."

GYNAECIA MVSCIONIS

EX GRAECIS SORANI

IN LATINVM TRANSLATA SERMONEM.

Ex codicibus

b = Bruxellensi (no. 3701—14 Catal. des mss. de la bibl. roy. t. I p. 75) membr. saec. IX/X

[quem excerpsi Bruxellis a. 1856, ad Hafniensem contuli Berolini a 16. Oct. 1876]

l = Florentino (Laurent. 73, 1) membr. saec. XI f. 186^b —214^b

[quem integrum descripsi Florentiae a 19. Sept. 1877]

h = Hafniensi (gl. kgl. saml. 1653. 4°) membr. scr. (a var. man.) litteris langobardicis saec. XII f. 3—25^b (Pessaria 25^b—28^b)

[quem ipse repperi Hafniae 11. Sept. 1863, descripsi Berolini a 29. Oct. 1875]

quorum hic fere est nexus:



Cum frequentius nobis in muliebribus obstetrix fuisset necessaria, nullam invenimus studiosam quae litteras graecas adtigisse videretur, quodsi et habuisset omnia in latinitate sibi translata gynaecia, posset rationem lectionis scire. ego vero Muscio quia multa iam videor quomodocunque transtulisse, veritate rationis potius nisus quam structa oratione vel diligentius polita usus, sicut in opthalmico et chirurgumeno filiatro etiam et boethematico legisti, placuit mihi haec quoque gynaecia in latinum vertere sermonem, licet etiam maximam partem triacontados ad integrum tenorem secutus Soranum transtulerim. sed cum vidissem grande corpus futurum et posse muliebres animos hac ratione cito prae magnitudine lassari, placuit cateperotianorum brevitatem fuisse secutus, ut omnia dicere videar et non grande corpus perfecisse. quibusdam vero capitulis multum breviter dictis, quaedam et triacontados addidi, ut ex omnibus collectus commentarius sufficiens esse possit. his autem multo simplicius volui loqui et ut verius dicam muliebribus verbis usus sum, ut etiam inperitae obstetrices licet ab altera sibi lectam rationem facile intellegere possint.

Subiungo ipsam utriusque codicis (*bl et h*) *lectionem, primum Hafniensis, quae post inscriptionem* (*litt. mai.*) Incipi prologus muscionis *talis est* (*h*): Cum frequentius nobis in mulieribus causis obsetrix fuisset necessaria. nullam invenimus studiosam qui (q̄) literas grecas attigisset. om̄ſ (omnes) etiam diceret quod si habuisset in latinitatem translata genecia. posset rationem lationis (*sic*) scire. Ego vero muscio qui (quia *Cant.*) iam videor quomodo cunque transtulisse veritate rationis potius nisus quam instructa ratione (*sic iterum,* oratione

Wolphius) vel diligentius polyta usu. sicut in opthalmico. et cyrugurgumeno. philiatro etiam et boethematicis (bo& hematicis *sic*) legisti. placuit et hęc quoque genecia in latinum verteremus sermonem. licet iam maximam partem triac̄tadis (= *Cant.*, triac̄tidiſ *Cant.*) ad integrum tenorem secutus soronū (*sic et Pal.*, soranū *Cant.*) transtulerim. Sed cum vidissem grandē corpus futurum. et posse muliebris animos cito pre (p̄) magnitudine laxare. placuit ut cataperocianorum (= *Pal.*, *Cant.*) brevitate fuisse secutus. ut omnia dicerem. et non grande corpus effecissem quibusdam capitibus vero multum breviter dictis. quando et tria contadas (= *Pal.*, *Cant.*) addidi. ut ex omnibus collectus comentarius. sufficiens esse possit. Hic tamen multo simplicius volui loqui: et ut verius dicam mulieribus verbis usus sum. ut etiam imperite obsetrices licet ab altero sibi lectam rationem facile intellegere possint.

En prologum ex cod. Brux. (*et Laur.*) *verbotenus descriptum* (*post* 'capitula' 179 *b*, 182 *l*):

'Incipit genechiae (genecia *l*) mustionis (muscionis *l*) auctoris. ⟨incipit prologus *l*⟩.

Cum frequentius nobis in mulieribus obsetrix fuisset necessaria. nulla quae (quę *l*) invenerimus sto(u *l*)diosa quae litteras grecas adtigi videatur (*ubi vet. corr.* videretur, *sed l sic:* quę litteris grecis adtegisse videatur.) quod ⟨& ſı *in ras. add. corr.*, quod si & *l*) adti(e *l*)gisset omnia in lati(ni *add. l*)tate sibi translata genechiae (geneciae *l*) posse rationem lectionis scire. Ego vero mustio (muscio *l*) multa ⟨iam *add. corr.*, *ut l*⟩ video quomodo ⟨cunque *add. l*⟩ transtulisse. et veritatem rationis potius quae (ę *l*) structa. diligentius polita sicut in ob(p *l*)talmico et cirorgimeno (cyrurgimeno *l*). filiatro etiam et boetrimati⟨co *l*⟩ (etiam ⟨theore⟩~~he~~matico *l*) legimus (/////demuſ *ante corr. b*). placuit mihi hanc quoque genechia (-cia *l*) in latinum vertere sermonem licet etiam maximam partem ad integrum tenorem secutus transtuli. ut possim mulieres (-ris *l*) animum hanc rationē (-ne *l*) ex(h *add. l*)ilarare. placuit nobis ut [ut *del. corr. b, non l*] catapianorū (cate?⟨pianorū⟩ *l*) brevitate fuisse secutus. ut (⟨ut⟩ *add. b*c) omnia dicere videar (⟨videar⟩ *add. b*c) et non grande corpus perfecisse. quibusdam vero (ā = autem *add. b*c *pro om.* vero) capit⟨ulis⟩ (*sic corr. in ras.*, capitulis *l*) multum breviter fuisse secutus. dictis quendam ⟨dia⟩triæ (a *in* ae *mut. corr.*) contra duos (dia triae contrado *l*) addidit (addidit *om. l*) ut ex (ex *om. l*) omnibus collectus (collectus *om. l*) commentarius sufficiens esse possit. his autem multo simplicius volui (volui *add.*

corr. l) loqui. ut verius dicam mulieribus ⟨actis *add. corr.*⟩ verbis (muliebriū actis et verbis *l*) usus sum. ut etiam inperite (imperita *l*) obsetrices (-cis *l*) scilicet (licet *l*) ab altero (-ra *l*) sibi relicta (⟨dettam⟩ *sic l*c) ratione (-em *l*) facile intelle(i *l*)gere possit.

(Sor. prf. ed. Erm.)

1. In quot vel quas partes dividere oportet muliebrium traditionem.

in duas, unam quae de obstetrice tractat, alteram quae de omnibus obstetrici occurrentibus causis. has ipsas iterum dividimus in secundum naturam occurrentes causas et praeter naturam.

2. Obstetricalis enim ratio quid a muliebri differt?

[quod pars ab universo. obstetricalis enim pars est muliebrium rationis] quod ab ipsa obstetrice exerceatur quae scit mulieres ratione cognoscere.

3. [Quae est aptissima quae obstetricem facere possit? (1)

principaliter quae litteras novit et habet ingenium prae-

1 dividere oportet universam mulierum tr. *h*: dividere (*sic*) omnia mulierum tr. *b l* (*ubi* omnia *pro* oportet, *ut saepe*: τέμνομεν *Sor.*). 3 quē (quę *l*) obsetrice (-ę *b*) tractata est (ē *add. corr. vet. b*). altera q⟨u⟩ē (quę *l*) de (in *l*) omnibus obsetricibus (⟨obsetrices⟩ *l*) ⟨solacium⟩ (sola⟨ciū⟩ *l*) occurrent[ıbus] (occurrat *l*) constat. ⟨aut̄⟩ (Constat⟨āē⟩ *l*) hanc ipsam.. 4 obsetricum occurrentibus constat. Hanc ipsam... *h*. 5. dividere *bl*. in *om. blh*. 7. obsetricalis enim r. quidam muliebri differt quod *h*: obsetrical⟨e ≡ ≡⟩ [⟨parata ēē⟩] ratio qui⟨ē⟩dā ⟨ut⟩ muliebri differ⟨a⟩t⟨’⟩ ⟨anim’⟩ quod... *b*, obsetricale parata esse. ratio quidem est ut ⟨mulieres⟩ differatur animū quod... *l*. 8—9 quod... rationis *h*: *om. bl*. 9 quod... cognoscere *b*, quod ab ipsa obs. exerceatur blanditię causa. et tales esse debet ut mulieris ratione cognoscere possit *l*: *om. h*.

10 (*post* cognoscere) Explicit prologus genechiae (*b*, pr. muscionis *l*), *qui codices nonnulla hic omittere videntur* (*11 sqq.*) *quae ex h supplenda invito fuerunt* (*cf. Sor. p. 4, 2 sqq.*). 11 possit: potest *h*.

sens et memoriam, studiosa, munda, in universo iam corpore integra, fortis et laboriosa.]

(2) 4. Quid est obstetrix?

femina omnium muliebrium causarum docta, etiam medicinali exercitatione perita.

5. [Quae est melior obstetrix?

quae exercitata est medicinalibus actionibus cum prudentia iustissima et commune et quod urget providens et horum diligentiam coniungens, quae pore adunatim possit et per partes dividere et accidenṭia mitigare propter insecutionem causae, non iracunda nec turbulenta, compatiens, solida, pudica, arguta, quieta, prudens, animosa, nec avara.]

(3) 6. Matrix quot nominibus vocatur?

principaliter enim tribus nominibus dicta est, primum quidem ab eo quod mulieres partu suo matres efficit. graece etiam ystera appellatur hoc est novissima, siquidem ut novissima omnibus intestinis iaceat aut quod annis quattuordecim vacua sit apud virgines et novissime post

3 erit *b*. 4 femina omnium *bl*: *om. h*. muliebrium *h*: mulierum *bl*. 5 *post* perita *sic pergunt bl*: quae possit universarum valitudines competenter curare ita ut non sit turbulenta. nec verbosa nec avara. sed sapiens et sobria et taciturna (*Sor. p. 7, 16*). et superstitiosa (*Sor. p. 7, 6*). quae sua sollicitudine mulieres in partu gubernet (-nat *l*). *ego novam interrogationem inserui ex cod. h integriore, licet liberius immutante.* 6 obstetrix: medicina (*sic*) *h* (*et Pal.*, medica *Cant.*) 8 communis *h* (*καὶ τὸ κοινὸν καὶ τὸ προσεχὲς ἰδεῖν Sor. p. 6, 6*) providentem horum *h*. 9 c̄ıungeſq; pore (*sic cum albo*) *h* (c̄ıungēſqꝰ pore *Pal.*, c̄iungenſ q̄ intēpr̄e *Cant.*). 10 accidenciā *h*. 6—13 *haec rursus supplenda ex h fuerunt. nam verae lectionis reliquiae in utroque codicum genere prostant.* 15 Principaliter — ab eo *bl*: Tribus. dicta est enim matrix ab eo *h* 16 efficit *h*: -ciet *b*, -ciat *l*.
17 greci *b* (*ut p. 7 v. 2*). ystera *h*: stera *bl*. innovissima *bl*. 18 ut *b* (aut *h*): & *l*. omniū *l*. iacẹt *h*.
19 et novissimẹ *h*: *om. bl*.

mutationem aetatis effectus suos per partus mulieribus repraesentat. graece etiam delfis dicta est quod fratres efficiat omnes qui ex una nascuntur.

7. Ubi iacet ipsa vulva?

intra duas coxas intus, quod est sub se habens longaonem et vesicam desuper.

8. Natura qualis est ipsa matrix?

[magis] nervosa quidem, contexta est pulpis etiam et arteriis et venis multis.

9. Quot tunicis constat matrix?

duabus. scilicet una foris levior est et alba durior et nervosa, intus vero alia aspera et rubra et mollis et pulposa.

9 a. Quibus rebus inter se continentur ut inhaereant matricis tunicae?

tenuissimis membranis et nervis.

10. Quali positione figurata est matrix?

1 mutationes *b* (-ne *l*, -nem *h*). per partus *h*: *om. b* (perfectus b^c), per partu *l*. 2 delfis *bl*, ΑЄΛCϒ *h*. eo (*ante* quod) *add.* b^c. 4 Ubi enim iacet vulva. Intus inter d. c. inter vesicam et longaonem. Subiacet autem vesicę. superiacet longaoni *h*. *cf. II, 2.* 6 visica (*sic*) *b*, vessicā *l*. desuper natura. Qualis est ipsa matrix *bl* (Qui////////matricis *ante corr. b*) 7 Qui naturalis est matrix·; magis nervosa. constat arteriis. venis. pulpis. et nervis *h* (*cf. Sor. p. 12, 10*) 8 p. etiam nervis et venis multis $b^c l$ (multis *om. b*). 10 Q. tunicis constat (συνέστηκεν) m. *h*: Quot tunicas habet matrix *bl*. 11 duabus scilicet [et] tunicis sunt *bl*, duabus (una...) *simpliciter h* levior (*ante corr. h*): lenior *l* (h^c), linior *b*. est *bl*: *om. h*. alba: alia b^c *qui post* nervosa *in ras. scripsit* & pulposa *et delevit verba seqq.* aspera — pulposa. 14 quibus rebus a se (in se *l*) omnia continet ut ⟨in b^c⟩ereant (ut inhęreant *l*) matricis tunice tenuissime membranis et nervis (*sic sine interrog. specie*) *bl*: *om. h* (*cf. Sor. p. 14, 8*). 17 *hanc qu. 10 cum seq. descr.* (*11*) *supra ante qu. 1, ad figuram vacuo post praefationem spatio f.* 3^a *appingendam quidem sed non appictam, adiecit h* (*cum Pal. et Cant.*), *suo hic ordine habent bl* (*figuram in ima marg. addit b rudem quidem neque Gesnerianae similem*).

principaliter sicut formata est cucurbita medicinalis.

11. Singulae partes eius quid vocantur?

quae singulae partes ut cognoscantur et facillime intellegi possint eius anguli, volui eam inpingere et in singulis partibus eius singulas litteras adponere. ubi ergo est A posita, orificium dicitur. ubi vero est B, collum dicitur. ubi est C, cervix dicitur. omnis autem horum concursus caula dicitur. ubi vero post angustias in rotunditate dilatare incipiunt, et est ibi D, umeri dicuntur. ubi autem est E, latera dicuntur. ubi vero rotunditas concluditur, et est ibi F, fundus appellatur. intus vero ubi est G, basis grandis dicitur. omnisque inanitas illa in medio quae est, venter et sinus appellatur.

12. Ubi ergo iacet orificium matricis?

in medio sinus muliebris.

12 a. Quid ipse sinus muliebris?

1 formata est *b l*: *om. h.* 2 Singulae — vocantur *h* (*ubi* eius *add. h*[c]): *om. b l.* quid: q id (*sic*) *h.* 3 quę (*ante* sing.) *h l*: *om. b.* intellegere *b l* (*et cum corr. vestigio h*). 4 anguli, volui: angula. vel ubi *b* (*h*), *om.* (angula — eius) *l.* in (*h*): ex *b.* 5 singulę littere *b l* (*h*). adponerē|⟨ſ⟩ *b* (*scilicet in fine versus* ſ = ſ̄ = sunt *add. b*[c] *sed correcturam non perfecit quomodo lh, ubi* appositę sunt). 6 ē ⟨a⟩ posıtū *b* (*ubi* a *litt. notam add. b*[c], *litterarum enim notae omnes exciderunt in b neque nisi hanc unam restituit b*[c]), *sed in l* Ubi ergo est apposita A (Ubi ergo A posita *h*). *post* dicitur *ex qu. 14 intrusa sequuntur haec* quidē (qui[od] est *l*, q ē *h*) ante partum pulposum et molle. post partum vero callosum et spatiosum est (*eadem hic habet Cant., unus prudenter om. Pal.*). 7 cervix (*h*): cerbis *b*, cervis *l* 8 caula (*sic* = καυλός) *blh.* congustias *blh.* 9 dilatare (*h*): de[i]lat[c]ęre *b*, de[i]lat[a]ere *l.* et est ibi D *lh*: ubi ē. | (*om.* D) *b.* 12 in medio qua ē (*sed b*[c] q̄≣ē = que est) *b*: quę est in medio *l* (*h*). 13 venter (γάστρα) et sinus *b l*: ventris. sinus *h* (!) 15 sinum (ū *l*, u *h*) mulieris *b* (*lh*). 16 quia ipse sinus membrarū (*sic*) nervosum *b*, quod ipse sinus membranum nervosum *hl* (*sine interrog., quam tamen infra infert h. cf. ad v. 4 p. seq.*).

membranum nervosum maioris intestini simile. intus autem est spatiosissimus, foris vero angustus, in quo coitus virorum et usus venerius efficitur. quem vulgo cunnum appellant. cuius foris labra graece pterigomata dicuntur, latine pinnacula dicta sunt, et a superiore parte descendens in medio dicta est landica.

13. Quantum a pinnaculis recessit et retro est orificium matricis?

non omnibus quidem aequaliter, sed per differentiam aetatis et naturae, plerumque tamen quinque vel sex digitis.

14. Quale est ipsum orificium matricis?

apud virgines quidem quae devirginatae non sunt, pulposum et molle est, apud mulieres autem quae iam pepererint, spatiosius et callosissimum est.

15. Qua magnitudine est orificium cum est conclusum?

sicuti est a foris novissima pars auriculae.

1 ſımılē *b* (*unde* b^c ſımılˢē = similis est *l*). 2 congustū *bl* (*unde* coniunctum *h*). quo *l*: *om.* *b* (*h*). 3 vulgus... appellat *l* (*non* *bh*). 4 cunnum *bl*: connum b^c (*h*). *post* appellant *sic h*: Quid est enim signis muliebris? Cuius foris *etc.* labra *bh*: labia *l*. greci *b*. epterigomata *b* (epter.omata *l*): ΠΘЄΡΥΓѠϽ-CⲇΘⲇ *h*. 5 latini *b*, A latini (*sic*) *l*. dicti *b*. 6 in m. dicta ē. VIII. LⲇNDICⲇ ⟨ipsa b^c⟩ quantū a p. *etc.* *b* (*unde male l*: in m. landica dicta est. VIII Landica ịp̣ṣạ quantū a p.). *ubi doctus nimium scriptor codicis h fecit* in medio ⲗΑΝΔΥΚⲇ (*graece!*), *in eo iustus quod vocem* landica *post numeri signum male detrusam iterum* (*scil. ut l*) *non adscripsit.* 7 a pinnacula *b* (a pinnaculis *l*, ergo pinnaculis *h*). orificium matricis *h*: *om.* *bl*. 10 plerumque tamen: verum tamen *blh*. 13 devirginitate (*sic*) *blh*. non (n̄) *l*: *om.* (*eras.* b^c) *bh*. quę iam peperḗrunt *l*: qui etiam peperint *b*. spatiosius *bl*: spatiosū b^c(*h*). 16—18 (*quae om. h*) *sic ex fonte corrupto habent b*: Qu...... | ⟨ī orificıū pʼ concluſıone al? dıerū? *sic in ras. corr.*⟩ *et l*: Quå magnitudine est tecū (*sic*) cū est conclusum. *post* auriculae *ad finem* ita formatum est *add. corr.* *b* (= *l*).

16. Testiculi mulierum ubi sunt positi?

prope ad cervicem matricis ex utraque parte singuli positi ⟨sunt⟩, et sunt rotundi, in aliquantum ad bases suas latiores corpore et graciles.

17. Quid est spermaticus meatus?

per quem mulieres semen excludunt. et sunt positi iuxta matricis latera, et per testiculos singulos exeuntes ad vesicae collum iunguntur.

(4) 18. Quid est purgatio mulierum?

purgatio mulierum, concepti pecoris intra uterum gestatio et partus officia ⟨sunt⟩ sanguinis qui naturaliter per matricem fertur. qui frequentius expletis triginta diebus occurrit.

19. Unde dicta est purgatio?

ab eo dicta est quod superabundantem sanguinem corporis mense uno colligat et excludat et eodem corpus limpidet. nam ideo etiam menstrua dicta sunt.

20. Quando incipit primo purgatio occurrere?

frequentius quidem a quarto decimo anno initium accipit.

21. ⟨Quando finitur et cessat?⟩

aliquabus citius, aliquabus tardius. plerisque tamen

2 ad *bl*: *del.* *b*[c]. 3 sunt *addidi.* in aliquantum (ἐπ' ὀλίγον)...graciles *bl*: *om. h, ubi sic:* Rotundi sunt et minores et molliores (*cf. Sor. p. 13, 6*) quam masculi. Meatus quā mulieres s. excl. ubi sunt *etc.* 4 corpore *l*: *om. b.* *post* graciles *sic b* ett[h]icea | et sputu ≡ meatus p. q. *et sic l* & cyyceas & sputuito meatus p. q. 6 quem: quam *bl.* 7 latera: *hic novam infert qu. h.*: Quę sunt orificia (officia *Pal. et Cant.*). Orificia (officia *pc*) per testiculos (singulos *add. pc*) exeuntes ad v. c. iunguntur. 9 mulierum *hic om. l.* 11 sunt *addidi.* 16 [re]colligat (*sic*) *b.* eundem *bl* (*h, ubi ante corr.* eudem). 17 nam ideo *l* (*h*): *om. b.* 18 primo *h*: -a *bl.* 21 *interrog. formulam male post* tardius *in h adscriptam om. bl.* finit *h.* 22 aliquabus (*bis*) *bl*: aliquibus *h.*

neque in quadragesimo anno cessat neque post quinquagesimum perseverat.

22. Quanto sanguine mulieres purgantur?

non omnes aequaliter quidem, sed secundum naturam suam differunt et aetatibus. pleraeque tamen usque ad duas eminas purgantur.

23. Quae est vita quae plurimam purgationem facit?

quae vacuae sunt et delicatae et nihil agentes, ipsae plurimo sanguine purgantur. quae vero cotidianis actibus exercentur in opere aliquo, ipsae modico sanguine purgantur.

24. Aequali mensura omnes purgantur?

non semper modicum, sed a modico incipit purgatio et in modicum finitur. nam et aestate parca est, et quotiens sui crementum accipit corpus et post vacuam vitam ad exercitationem mulier accedit, iam necesse est ut modicum purgetur. aliis vero temporibus et aliis vitae ductibus plurimo sanguine purgantur.

1 in quadragesimū annū *bl*: usque ad XL. annum *h*. quinquagesimū *b*: quadragesimū (*iterum*) *l* (XL. *h*). 4 N. o. eq. sed quidem *b*, n. o. ęq. quidem ·:· (*et in marg.* set) *h*, n. o. quidem ęqualiter sed quidem *l*. sec. natura(m *h*) se differunt *b* (*h*), s. naturam suā. se differunt *l*. 5 et etatibus *h* (*et om.* et *b*): et ac|tibus *l*. plerique *blh*. usque *lh*: *om.* *b*. 8 vacue (vacua *b*) *bl*: vage *h*. 10 exercentur *h*: exsecuntur *b*, exercuntur *l*. ipsę *l* (*h*): *om.* *b*. 12 omnes *l*: *om.* *b* (*sed in resp.* Non omĩſ semper *ubi* omnis *eras.* *b*ᶜ) 13 modicum *h*: -co *bl*. a modico enim i. *l* (*et fort.* *b*, *nam extat rasura post* modico). 14 in modicum: a modicū *b*, a modıcō̌ *l*. finit *l*. etate *blh* (*antea addidi* et). parca est et: parca et *ante ras.* *b*, parteͣ. & *l* (parcet *b*ᶜ, parc& *h*). 15 sui: suum *h*, suci *bl*. accipit *b*: accepit *lh*. 16 iam: nam (*sic*) *blh*. 17 modicū *b*: -ce *lh*. purgetur *bl*: -entur *h*. ut aliis adductibus plurimam *b* (*qui om.* s. purg.), & aliis vita ductibus bona plurimum sanguinem p. *l* (et aliis vitam ductam bonam primo sanguine p. *h et ubi tamen* plurimo *Cant.*).

25. Quot diebus mulieres purgantur?

non omnes quidem aequaliter, sed quaedam plurimis quaedam paucis diebus. multae tamen triduo vel quatriduo purgantur.

26. Quae sunt quae secundum naturam non purgantur?

scilicet puellae et anus et illae quae in choro voce cantant et quae gravi aegritudine laboraverunt et illae quae in utero habent. puellae enim ideo non purgantur quia adhuc infantulae sunt. anus iam non possunt. quae autem voce exercentur, de exercitatione ipsa sanguis earum consumitur. quae vero post longam aegritudinem sunt, universum sanguinem ad resumptionem corporis consumunt. quae autem in utero habent, infantes nutriunt ex ipso sanguine.

27. Quomodo probamus aliquas secundum naturam non purgari?

ex eo quod ad integrum sanae sunt et nullam molestiam corporis sentiunt.

28. Quibus signis intellegimus purgationem primo venturam?

plane vero a quarto decimo anno incipit, et didas habent inflatas, pondus etiam supra pectinem cum quadam prurigine sentiunt. aliae vero quae iam frequenter purgatae sunt, ex adveniente die purgationis constituto pigrae efficiuntur, gravedinem in renibus, aliquando et dolorem

2 non — 5 purgantur *om. h.* quidem $b^c l$: *om. b.* 8 ideoque *b l.* 9 Anus iam non possunt *b l*: Anus. quia iam virtus et calorem defectus est *h.* 10 autem *l* (*h*): *om. b.* de *l* (*h*): *om. b* (*ubi sic* exercitatio sanguinis consumitur). 11 post longam: *ἀπὸ μακρᾶς Sor.* 12 universum sanguinem ≡⟨corporis⟩≡ consumunt *b*, u. s. ad resumptionem corporis consumunt *l*: universus sanguis labor corporis consumitur *h.* 17 ex eo — sentiunt *b l*: ex eo quod ad impetum sanguinis. moles sustineant *h.* 21 didas *b l*: mammas *h.* *post* incipit *add. h*: Alias prius. Alia postea. 24 pigras efficit *b l* (-ciuntur b^c = *h*). 25 in *om. b.*

sentiunt sibi, et frequentius oscitabunt, et omne corpus extendunt ruboremque in buccis habent non perseverantem sed inter aliquas horas se ostendentem, aliquando et fastidium patiuntur et nausiant.

29. Utiliter mulieribus purgatio occurrit? (6)

si forte, propter futurum conceptum utiliter. praeparat enim locum in quo semen haberi et conglutinari possit. sanitati autem earum gloria est, si quidem et cito eas senescere facit et insuper, vacuo partu, forte periclitari. et anus quae ⟨non⟩ purgantur sanae sunt.

30. Saluberrima autem est perpetua virginitas? (7)

sic est. si enim masculos frequens coitus male accipit, sic etiam et mulieres vexantur.

31. Quam diu puellae virgines esse debent? (8)

tam diu donec purgatione superveniente natura commemorare possit et matrix officia sua repraesentare et complere videatur.

32. Quae sunt aptae ad concipiendum? (9)

illae quae ordinabiliter die suo purgantur, limpido

1 sentire (sentiunt b^c). et *b*, sentit sibi. & *l* (senciunt sibi. et *h*). oscitabunt b^c (*in ras.* = *h*): suscitabunt *l*. omnē *b*, omnes *l*. 2 extender̄ (-dere) *b*, -dunt *lh*. habere *b*, habebunt *lh*. 4 paciuntur *lh*: paciat *b* (paciatur b^c) nausiare *bl* (nausiant *h*). 5 *interrog. negl. bl* (*signif. h*). 6 si prop̄ (forte *supra* b^c) *b*: si forte (*om.* propter) *lh*. 7 enī *b*: *om. lh*. in *om. b*. habere et conglutinare *bl*(*h*). 8 gloria (*sic*) est (ē *b*) *bl*, gła ɛſta *h*. *cf. Sor. p. 34, 3.* et *ante* (*non post*) si quidem *bl* (*h*) senascere *b*. faciet *l*. 9 periclitare *bl* (-tati *h*). et *b*: (ut *h*) et ut *l*. 10 non *addidi*. 11 autem *lh*: *om. b*. 12 sic est si: sciens *blh*. masculos *b*: -lū *lh*. et *ante* freq. *add.* b^c*l* (*unde* ex *h*, *ubi* ex frequenti coitu male accipere). coitus *b* (*h*): tortus *l*. 13 sed etiam et *b*, sic etiam (*om.* et) *l* (sic et *h*). 14 esse *lh*: fieri *b*. 15 tamdiu *b*: tanto quidem tempore *lh*. et natura *l*. commemorare (-ri *h*): *cf.* τεκμήριον *Sor. p. 41, 3.* 16 et matrix (mat̄ *l*) *lh*: matrice (*om.* et) *b*. presentare *b*. 19 ille quae *b*: hęc apte esse possunt quę *l* (*h*). limpide sc. et modice et moderato s. *b* (*contra lh*).

scilicet et moderato sanguine, orificium etiam matricis rectum et proximius habentes corpusque omne neque nimis durum neque valde digestum, cum integritate animae et hilaritate.

(10)* 33. Quod est aptissimum tempus mulieri ad concipiendum?

in declinatione purgationis, subiacente desiderio coitus, ita ut neque abundantia cibi plenum habeat corpus neque paucitate inane, et post curationem corporis, ita viro commisceatur.

(11) 34. Saluberrimus est enim conceptus?

non quidem ⟨si⟩ ingenti corporis labore et tormento perferatur. successioni autem plus quam necessaria ⟨sanitati⟩ retentio perseverans. animalis vero animalium cumque naturali ratione et necessitate efficitur.

(12) 35. Quae sunt signa conceptus?

quotiens in fine coitus horror quidam mulieri occurrit ipsumque orificium vulvae conduci et concludi sentitur, nullaque reliquia seminis sinum muliebrem umectat aut valde modicum remanet.

*) *cf. Cael. Aurel. fr.: Hermes IV, 143.*

1 etiam *l*: *om. b* (*h*). 2 proxior *b*, proxim*i*ore *b*ᶜ, -rū *l* (-rē *h*), *cf. προκοπώτερον Sor. p. 43, 16.* omnē *bl.* 5 Quod (*h*): Quae *bl.* est *lh*: erit *b.* muliere *b*, -ris *lh.* 9 inanes *b*, -nis *lh.* curatione *bl* (*μετὰ τὴν ἀποθεραπείαν Sor. p. 47, 2*) ita viro *l*: ite(a *b*ᶜ) vero *b.* cōmisceatur *lh*: misceatur *b* (ambo simul. Quid est conceptus *add. h, item Cant.*). 11 saluberrimū *l* (*h*), -ma *b.* 12 non quidē *b* (n̄ qdē *h*): nunc quidem *l.* si *addidi, ut infra* sanitati (?). labore *lh*: *om. b.* 13 successione (-ni *l*)...(15) efficitur: *sic omnes. cf. Anecd. II p. 191, 7 ubi pro* concessionem *legas* successionem. 14 animalis: *f. leg.* naturalis. 15 racione *b* (*h*): *om. l.* 16 Quae *bh*: Quod *l* (*qui post* conc. *addit ex qu. seq.* masculi et feminę). 17 in finem (*κατὰ τὸ πέρας*) *lh*: in finito *b.* quidem *b.* 18 conducit et concludis sentur *b.* 19 nullā quae *blh, deinde* reliquiarū *b* (reliquiam *l*), reliquū *h.* mulieris *b*, -ri *l* (muliebriū *h*). umecτɔ *b*, humectat *l* (iactat *h*). aut: ac *b*, et *h* (id uas ad modicum r. *l*ᶜ *i. e. atramento nigriore inductus l*). 20 remaneat *b.*

36. Quae signa sunt quae conceptum infantem masculum aut feminam futuram ostendunt? (13)

apud antiquos masculum pollicentur si velocius et exercitius infans in utero moveatur, praegnans autem ipsa bono colore in facie sit dextramque mamillam maiorem habeat. femina vero et tardius et languidius movere incipit ipsaque mulier gravida et colore foeda est et aegra, et in sinistra mamilla inflationem habet. nos autem haec veri similia esse arbitramur.

37. Quid est cissa? (15)

Appetitio inconsueti cibi tempore quodam mulieribus gravidis occurrens cum inaequalitate stomachi et abundantia humorum et nausia.

38. Unde cissa dicta est?

apud quosdam ab eo quod taedium gravidis mulieribus adferat. apud alios ab ipsa ave quae et voce et pennis varia est. alii vero ab hedera eam vocari dixerunt quae

1 *hanc qu. om. h* (*non Cant.*). concipit *b*. inf. masc. *b*: masc. inf. *l*. 2 futuram *l* (-rū *Cant.*): *om. b*. 3 masculi pollicebantur *Cant.* 4 infans *l* (*Cant.*): *om. b*. movebatur *Cant.* praegnans ab (*pro* aū?) ipso bono *b*, ipsa etiam pr. bono *l* (*et Cant.*) 5 dexterāq: *b* 6 et (t.) *bl*: si *Cant.* languidius *b*: languide se *l*. 7 ipsaque ... egra *l* (*Cant.*): quia in muliere gravida et color effecta ē. et nigra (*sic*) *b*. aegra: *cf. Sor. p. 62, 6.* 9 vera similia (*i. e. πιθανά, sed non vera*) *b*: vera omnia *l* (omnia vera *Cant.*). 10 Qui⟨d⟩ erunt *b*. 11 Q(*rubr.*)uae petitio *b*. inconsueti (*h*): consueti *bl*. temporis quod (qđ) *b*, temporis ⟨quodam⟩ *l* (tempore qđ *h*). 12 aequalitate (*ἰσότητι gr. interpr.!*) *b* (*contra lh*). stomachi (*Sor. p. 69, 5*): temporis *iterum blh* (*χρόνου interpr. gr.!*). 15 tedium *lh*: remedium *b*. 16 adferat (-rant *h*) *lh*: efferat *b*. apud alios — dixerunt *bl*: aput alios vero quod ariditatem mulieribus inferat *h* (*Cant.*). ave quae: duę quę *l*, quoque *b*. 17 varia *l* (*Sor.*): propria *b*. alii: alia *bl*. ab hedera eam: ≣erit durā eā *b*, ad ętherā *l*. dixeř *l*: dixerit *b*. 17 quae — habebit *lh*: quae quicquid quae et ubi ⟨add⟩erit muliere utere variae amplectitur (*sic*) *b* (*sc.* var. sinus h. = *gr. ποικίλλει ἐν περιπλοκαῖς. cf. Soteris cod. Laur. 73, 1 f. 158*[b] non retento ordine sed tortuosa gyrat arbores).

quidquid tenuerit, multum fortiter amplectitur et varietatem sinus habebit.

39. Quoto mense occurrit praegnantibus cissa?

frequentius quidem a secundo mense incipit, aliquabus vero aut citius aut tardius occurrit.

40. Quam diu perseverat cissa?

aliquando usque ad ipsum partum.

41. Omnibus ergo in utero habentibus occurrit cissa?

non omnibus sed abundantibus humore?

42. Quomodo agendae sunt quae cissam habent?

stringendae sunt strictoriis propter abundantiam humorum et nausiam et reiectationem.

43. Quae eis adhibemus?

si fieri potest, interponenda est unius diei abstinentia. si non potest, interim vel parcitas sit cibi, cum perunctione plurimorum dierum, ita ut prius aquam bibant, postea autem vinum siccosque et constrictorios accipiant cibos, cum epithimatibus stalticis. gestari etiam iubeantur, et si fieri potest, voce et lectione utantur.

(16) 44. Quomodo mense septimo agendae sunt gravidae mulieres?

in omnibus patienter et quiete, ne nimia gestatione pecus iam perfectum foris excutiatur, siquidem etiam et septimani nasci possunt. neque ergo exercitius partes

4 frequenter (*om.* quidem) *b*. incipit *l* (*h*): *om. b*. aliquabus *bl*: aliquibus *h*. 6 cissa pers. (*sic*) *l* (*h*). 7 aliquando *b*: aliquibus *lh*. 9 non omnibus *om. h* (*Cant.*). habundantibus humore *b*: his qui habundant h. *lh*. 10 *huic quaestioni deest responsio apud interpr. gr. ut ipsa etiam quaestio in Wolphii* (*v. p.* 5) *cod. latino* (= *h*), *non in Cant.* 11 stringer̄ *ante corr. b* (stringende Ī b^c, constringende sunt *l*). habuntia *b*. 12 eiectatione *b* (reiectatione b^c, reiactationē *l*). 15 sit *lh*: *om. b*. 16 prius *lh*: primo *b*. bibant (*h*): bibat *bl*. 17 postea (*h*): postero *bl*. siccoque et constrictoriis *b*. accipiat *bl*. 18 cibos *l* (cibis *h*): *om. b*. iubeantur: *sic blh*. 19 si *om. b*. utatur *bl* (-antur *h*). 20 septimo mense *lh*. 23 et *l*: *om. bh*. 24 septimini *l*.

illas fricare neque pectoralibus fasciis didas constringere. laxamento enim indigent, ut et lacte impleri possint et ne de ipsa strictura male accipiantur.

45. In octavo mense qualiter agendae sunt?

cum omni sollicitudine et diligentia agantur. hoc enim mense plurimum gravantur. pro qua re oportet nimietatem gestationum tranquillare, etiam cibum parcius dare, ventremque ipsum si pondere plurimum pendet fasciis diligenter constrictum suspendere, ceroto etiam ex oleo viridi vel murtino facto cutem ventris inlinire ut solidetur, ne cum parere coeperint, tensione ipsa conatibus rumpatur.

46. In nono mense quae facienda sunt?

iosum versum laxius obvolvere, superiores vero partes sub didas amplius stringere, ut proximante partu inferiora loca exponantur, ut illuc infans possit celerius exire. locis etiam ipsis laxamentum praeparare encathismatibus, etiam lavacro uti et pessariis quae ex adipibus anserinis et me-

1 fricare (*sic, sc.* oportet). 2 implere *b*. possit *bl*. et ne *l* (ne *h, om.* et): *om. b*. 4 qualiter *b*: quomodo *l* (quatenus *h*). 5 hunc e. mense (*sic*) *bl* (mensem *h*). 6 pro *om. l*. oportet: omnis (om̄ſ *b*, om̄ıſ *h*) *blh*. 7 gestationū *l*: -ne *b* (-nis *h*). 8 plurimū *b*: -moꝝ *l*. 9 ex oleo viride (virid$\overset{i}{e}$ *l*) *lh*: *om. b*. 10 murtino *b*: mirtino *lh*. solidetur (*h*): -dentur *bl*. 11 coeperit *bl*. ipsa *l*: ipse *b* (*om. h*). conatibus: *sic blh*. 12 rumpatur *b*ᶜ: rumpantur *blh*. 13 In nono *etc. bl:* Cum obtabus (octavus) mensis transierit. quid facienda sunt *h* (*Cant.*). faciendae *b*. 14 iosu versu (versum *l*) *bl*: inferiores partes *h*. obvolvere *b* (*h*): subvolvere *l*. superioris *b*. vero *om. b*. 15 sub *om. b* (sub didas *om. h*). istringere *b*: $\overset{sub}{\text{re}}$stringere *l*, perstringere *h*. partu infer... *ab hinc dextrae partis folii 18 tertia a marg. sup. pars excisa est in cod. b, ita ut in duabus his paginis versus omnes dimidia sui parte truncati extent.* ad inf. l. exponatur *l* (exponantur *h om.* ad). 16 locis etiam ipsis laxamentum *b* (χαλαστέον *Sor.*): locus etiam ipsi laxamentis *l* (locus que dixi. cum laxamento *h*).

dulla cervina constant. digito etiam peruncto orificium matricis leniter aperire.

(Sor. 16 p. 80, 1) 47. Gravidae mulieres uti debent viro?

si fieri potest ⟨non⟩, ut non agitentur, ne matrix ipsa exagitatione usus sustinere non possit. sed debent honestae et quietae esse ut pecus retinere possint. vel maxime tamen novissimis diebus debent se abstinere ab hoc usu. motus enim eius, hac importunitate rupto corio, humorem effundat qui propter lapsum infantis a natura provisus est.

(19) 48. Quid est enim corium?

membranum sine orificio quod infantem et quae cum ipso sunt continet, fundo matricis inhaerens. dicitur etiam et vasculum et secundae et novissimum et quod prius rumpitur.

49. Unde dictum est corium?

ab eo quod infantem spatio suo teneat. aut sicut alii dicunt ab eo quod ex multis rebus constet, sicut cantantium chorus.

50. Unde dictum est angion?

angion hoc est vasculum.

51. Quare dictum est vasculum?

1 constat *l* (*h*, *om. b*). 3 mulieris *b*. viros *blh*. 4 non *addidi*. 5 debet honesta et quieta *l* (*abest b*). 6 possit *l*. 7 debet *b*. 8 hanc *l* (*h*). ruptū corium (-ū *l*) *bl* (*h*). 9 humorē effundat *b*: humor effundantur (-datur *h*) *lh*. 12 membranū *l* (*h*, *abest b*). 13 fundū *l* (fundo *h*): fundus *b*. inereṣ *b*. 14 prior *l*, prior[ē] *b* (*προόρρηγμα Sor. 93, 14*). 16 *hanc qu. om. h* (*non Cant.*). 17 infantē *b*: -tes *l*. teneat *l*: susteneat *b*. 18 ex: et *l*. sicut omnibus (*hoc nunc deest b*) cantantium (-tiū *b*) ch. *bl* (sicut musica canticū — *corr.* cantāciū — chorus *Cant.*). 20 angion (*h*): agion *l* (*abest b*). *alterum* angion *addit h* (*Cant.*).

22 — *p. 19, 2* Q. d. est. vasculum dicitur ubi infans est clausus *etc. sic l.* (*quorum nihil iam extat in b nisi* Unde d... Quod ita sit ibi infans in vasculo nata...). *h* (*Cant.*) *sic procedit*: Quare d. e. v. quia ibi infantes includuntur. in quo *etc. sed ommissa sunt ultima* et ac si — natent.

quod ibi infans est clausus. in quo sic volvuntur sicut pilae in urna [et ac si in vasculo natent.]

52. Secundae etiam quare dictae sunt?

ab eo quod infans cadit in terra ac sic illae secundae exeunt. nam inde et prorregma dicitur quod prius rumpatur.

53. Ex quibus rebus constat corion?

ex nervis venis arteriis et pulpis. est autem colore purpureo, similitudine folliculi.

54. Ex quot et quibus rebus constat infantis umbilicus?

ex quinque rebus, duabus venis et duabus arteriis, per quas nutrimenta sanguinis infanti subministrantur. quintus est autem lotialis dictus, qui infantis lotium in corium transmittit. hoc ergo umbilico infans in matrice detinetur.

55. Quid est amnion?

membranum universo corpori infantis adhaerens. quod frequentius intus aliquando consumitur, ut non per omne corpus inveniatur.

56. Quae sunt signa occurrentis aborsus? (18

eo quod ante legitimum tempus pariendi subito sine ratione mamillae macriores fiunt, frigor etiam et gravedo in renibus, humorque varius effunditur et in fine trombus.

2 pilas *lh.* orna *l.* & ac sı^c (*sic*) *l.* natet *l.* 4 infans: prius infans *h* (*Cant.*). terra: *sic l* (*h, deest b*). 5 prorregma: pregnans *lh* (*deest b*). prius: prior *bl* (*h*). *post* prior *addunt lh* nascantur (-untur *h*) et prior (*quae om. b*). rumpatur *b*: -antur *lh.* 7 corioni (*sic*) *l* (*deest b*). 8 pulpas *l.* 9 purpureum *l.* similitudine *b* (*h*): in similitudinem *l.* 10 umbilicum *bh.* 13 infantis *lh.* quintus ⟨ē⟩ aut̄ *b*: Quintūnesꝙ aut *l* (Quintum autem est *h*). 14 lote[illegible]alis *b*, lucialis *lh.* 17 mamion *bh* (*Cant.*), amnios *l.* 18 corporis *l.* 21 occurrentibus aborsūs (*sic*) *l.* 22 pariendi *l.* 23 matriciores *l*, marriciores *h* (*deest b*). frigdore *b*, frigdor *l* (frigdora *h*). gravidine *b*, gravido *l* (gravedo *h*). 24 finem *l.* trombus *b*: trunbus *l* (tronbus *l*^c). videbitur (*post* tr.) *add. lh.*

(17) 57. Oportet nos rebus aborsoriis uti?

apud quosdam non oportet. medicina enim quoscumque natura coeperit, sanare debet, non interimere. alii vero volunt uti aborsoriis, sed nec si cupiant quae sunt adulterae neque propter lucra, sed si condylomata vel aliqua impedimenta in orificio matricis mulier habeat et sic concepit, melius est aborsoriis exterminare quod conceptum est, quam cum dies partus venerit, cum exitus infanti denegatur, periculum mulieri quae parturit inpingat.

(20) 58. Quae sunt signa proximi partus?

Septimo vel nono vel decimo mense occurret gravedo uteri et renum cum sensu fervoris et dolore inguinum et lumborum, erit ipsius etiam matricis ad inferiorem partem descensus cum orificii apertione et humectatione. cum vero iam proximat, superiores partes graciliores fiunt et extenduntur loca supra pectinem et inguina, et frequentius urinae desiderium nascitur. inmissoque digito ad magnitudinem ovi in orificio invenitur ⟨tumor⟩, humor-

1 oportet (*sic h, cf. supra qu. 45*): om̄ſ *b*, omnes *l*. aborsoriis *lh*: *om. b*. *post* uti *seqq. om. h* (*Cant.*) *qui statim* Nam alii volunt rebus aborsoriis uti (*v. 4*) ... 2 oportet: omne *l* (*deest b*). enim: nam *l* (*deest bh*). 3 in natura *l*. debet *l*: debent *b*. alii (*sc.* medici): Aliae *b*, Alie *l*. 4 volunt uti: voluntati *l*. aborsorios *l*. nec si (?): hec *l* (hęc *h*), *sed* hęe l^c. cupiunt *h*: rumpiunt *l*. 5 ...] neq: propter l. *b*. sed si condolomata *l*: si nihil condolmata *b* (aut si c. *h*). 6 orificiū *l*. 7 aborsorios terminare *l* (-riis determinare *h*, *deest b*). 8 cum . . . denegatur *om. h* (*non Cant.*). 9 periculū mulier q. p. i. *l* (periculum mortis infans que sustineat *h*). 11 ...] Septimo *b*, Si septimo *lh*. occurret l^c: -rit *blh*. gravido *b*. 12 consensus *lh et ante corr. b*: cum sensus (*i. e.* cum sensu) b^c. fervoris et dolorē (*sic*) *b*: fervorē | dolor *l* (fervor et dolor *h*). incẏnū & luuiboꝝ *l*. 13 erit: fierit *b*, erit et *l*. ad *b* (et ad *h*): in *l*. 14 descensus *b*: descendens *lh*. cum *addidi*. 15 (ad *add. h*) superiorem partem *l* (*h*). 16 et (*ante* ext.) *om. l*. inguina *lh*: in gyro *b*. frequentis *l*. 17 digiti *b*. 18 orificiū *b* (-um *h*), -ciis *l*. tumor *add. ex Sor. 98, 12*. humorque: humor qui *b*, humor vero qui *lh*.

que fertur primo lentus, postmodum plurimus et sanguineus.

59. Quomodo separamus dolorem qui de fervura venit ab eo qui de praesenti partu occurrerit?

eo quod fervurae dolor cum clusura et siccitate orificii invenitur.

60. Quae sunt praeparanda quae propter partum sunt (21)
necessaria?

scilicet oleum, calida, teporationes, spongiae molles, lanae, fasciae, cervicalia et resumptivi odores et si fuerit obstetricalis sella sive cathedra, lecti duo et locus aptissimus partui.

61. Qualis est obstetricalis sella?

sicuti est sella tonsoris, in qua sedetur ita ut habeat sub sessu similitudine lunae faramen praecisum, ut illuc infans cadere possit.

62. Duo lecti ad quid prosunt?

uno vero qui est durius stratus ibi parturientem collocamus: frequentius enim et iacentes pariunt. in illum

1 plurimū *b* (-mum *h*, -mus *l*). 3 separamus (*sic Cant.*): separas *bl*, -rat *h*. qui *b*, quod *lh*. ferbura *bh*: fervore *l*. 4 occurret *l*, -rit *h* (*Cant.*). 5 fervore *bl*, de fervore *h*. orificii: -ciū *b*, in orificium *lh*. 9 oleū calida *l*: oleū calidū *b* (ex oleo calido *h*). teporationes (θερμάσματα): temperationis *b*, vaporationes *lh* (-nis *l*[c]). exspungiis *b*, exspungię *l* (spongia *h*). mollis *blh*. 10 lanae *b*: lanę mundę *l*, lanam mundam *h*. resumptio odoris *b*, resumptio doloris *l* (*in marg.* resūptivi odores *l*[c], resumpcio doloris *h*). Et si fuerit obsetricalis sella *lh*: Et se foveri matricalis sella *b*. 11 sive *add.* (*cf. Sor.* η̄ κ.). lectos *b*. 12 *post* partui *add. lh* necessarius (-os *h*). 14 tunsoris *b*. qua *b*[c]: quo *blh*. 15 subsexu *blh*. 17 *hanc qu. om. h, non Cant.* (*incipiunt iterum in fol. verso lacerationes codicis b, sed cum nullum fere desit verbum, vacuam ibi figurae forte appingendae paginam fuisse sequitur.* ad *om. l.* prodesunt *l*. 18 Unū vero qđ (quod *l*)...stratū *bl*. ibi *l*: ubi *b*. 18 (*etc.*) conlocamus *l* (coll- *b*).

autem qui mollius est stratus, post laborem fetam collocamus.

63. Quomodo parturientem collocare debemus?

iacente ea supina in lecto qui durius stratum habet, conduplicatis illic pedibus et apertis, cum corion ad magnitudinem ovi in orificio matricis invenerimus, ad sellam eam levamus. nam si ita fuerit lassa ut in lecto parere debeat, ibi pariat. si vero sella obstetricalis non est, in fortis mulieris femora sedere debet ut illic pariat.

64. Antequam ad sellam parturientem collocemus quid facere oportet?

oportet dolores illos omnibus calefactionibus vaporare, oleo etiam calido et sucis loca ipsa inrigare. deambulare etiam eas et lavari et cibos accipere antiqui iubebant. nos vero non permittimus haec fieri, quia ambulatio infantem prope foris positum premit et matricem quassat, lavacrum vero et vires minuit et digestum corpus mulieris infrigidat, cibus autem qui in frigore datur corrumpitur et non nutrit.

65. Ministrae cum obstetrice quot sunt necessariae?

tres enim necessariae sunt, ex quibus duae dextra laevaque ad latera stare debent, in quas incumbere possit,

1 autem *b*: *om. l.* & stratus *l.* 3 p. ipsam conl. *l.* 4 Iacente eam supinam (*sic*) *b*: iactantes eam supinā *l* (*h*). qui: quod *blh.* habet *b*: est *l.* 5 pedis *l.* 6 orificium *blh.* invenimus *b.* 7 ut in lecto p. d. *l* (*h*): aut ibi p. d. in lecto (ibi p.) *b.* 8 non est in prę (*vult* in presenti) in f. *etc. l.* in *bl*: inter *h.* 9 mulieres *b.* debet (*h*): debeat *bl.* 10 conlocamus *l.* 12 oportet: omnes *blh* (ōs *Cant.*). illos (*sic*) *blh.* 13 *sqq. desunt in graecis Sor. p. 103, 4.* 14 et (*ante* cibus *sic*) *om. b.* antiqui *b* (*Cant.*, -quos *h*), antiquitas *l.* 15 amb. ipsa inf. *lh.* 16 premet (p̄m&) *b*: reprimet *l* (reprimit *h*). 17 mulieres *b.* 18 infrigdat *lh* (in...dat *lac. b*). frigdore *b*: fervore (*sic cum vitii signo*) *l*, ferbore *h.* corrumpitur (*h*): -pit *bl.* 19 nutrit *b*: nutrit eas *l* (n. eam *h*). 20 Quod min. c. o. s. n. *l.* 21 Sunt enim nec. tres *l.* due *lh*: duo *b.*

tertia verô a dorso eam teneat, ut occurrentibus doloribus non se in latus inclinet, hortantes eam ut fortiter sustineat.

66. Obstetrix quomodo et ubi sedere debet?

scilicet viriliter cincta sit, et si in lecto partus effici habet, modice inferius obstetrix sedeat ita ut facillime manus mittere possit. si vero sedens in sella paritura est, inferius obstetrix sedeat in humiliori scilicet sella, ut possit ex superioribus partibus facile infantem adducere, et in aliquantum apertis pedibus suis, plus tamen humilioribus ut ei non inpediatur ⟨manus⟩. faciem suam retrorsus avertat, ne pariens verecundia se concludat.

(66 a.) . . . ante tamen omnia ligaturis et capillis solutis, quod propter laxamentum fieri solet. digito autem sinistrae manus oleo calido peruncto orificium matricis circumagendo aperiat ut corium illic cadere possit. omnes autem parturientem verbis agere debent et petere eam ut non clamet, sed omnes gemitus et spiritum ad inferiores partes exponat, maxime cum dolores occurrerint. aliae autem mulieri quae retro eam continet iubere ut cum linteolo anum eius contineat, ne conatu eius foris excludatur. si vero folliculus diu non fuerit ruptus, un-

1 Tercium *b*. eū *b*. ut *lh*: & *b*. 2 susteneat *b*. 4 et (*h*): aut *bl*. debeant *l*. 5 viriliter *sic*: κοσμίως *gr. I 70.* cincta si⟨n⟩t. si *l* (cincta sit. ut si *h*), cinctus si *b*. 8 scilicet *b*: *om. lh.* 10 suis plus (*sic*) *sine lac. bl* (*h*), *sed videtur aliquid omissum esse.* humiliores *bl* (in humiliori loco *h*). 11 inpediatur *bh*: impediantur *l* (manus *addidi ex gr.*). retrorsū *lh*. 12 per verecundia(m *h*) *lh*. concludat. ante . . . *blh sine lacuna: excidit tamen novae interrogationis initium. cf. l (cod. Laur.) f. 155*[a] In hoc ergo operis obsetricandi quae sunt servanda. 13 solutis *scil. parturienti.* 14 autem *lh*: *om. b*. 15 sinixtro manu *b*, sinistrę manu(s *h*) *lh*. 16 cadere *bh*: sedere (*sic*) *l*. 18 clamat *b*. omnes gemitū ac *l*. 20 ut *l* (*h*): eam ut *b*. 21 conteneat (*sic l*) — eius *om. lh* (*unde h* ut cum linteolo manus — anum *l* — eius foris excludatur = χεῖρας *gr. interpres!*). 22 ruptus *lh*: corruptus *b*. unguibus: unguis *lh* (utquis *b*).

guibus eum rumpere et inmissis paulatim digitis plus adaperire. observandum est ne subito infans simul cadat. si in apertione sit orificium, observare donec caput et cervix infantis ⟨exeant, et⟩ sine quassatione adducat. naturaliter enim orificium aperitur. aliquando mergentibus etiam humeris, eos adprehendere debet obstetrix et in divexum adducere huc atque illuc, illos temptare quando se matrix aperit, et non conari quando se concludit, ne fervore aut sanguinis fluxus aut ipsius matricis adductio emergat. ⟨a⟩ lateribus vero ministrae sine quassatione manibus apertis in deorsum uterum deducant. cum vero infans exire coeperit, manibus pannum habentibus eum obstetrix suscipiat. exoptabilius est si etiam cum secundis suis ciceriderit.

(22) 67. Si enim ibi secundae remanserint quid faciendum est?

si adhuc orificium patet, statim obstetrix manum sinistram mittat et quamcumque partem eius invenerit teneat, et si iam a fundo recessit, adducat, adiuvante conatibus suis etiam ipsa parturiente. si vero ad matricem teneatur, leviter huc atque illuc adducat ne ⟨si⟩ in direc-

2 Observandum est ... *sic* (*mutil.*) *blh*. n̊e (*sic*) *l*. 3 si in ap. *h*: sin minus ap. *b*, sin minus in ap. *l*. observaret *l*. 4 infantis. sine quassatione. Naturaliter *b* (i. s. q. est. N. *l*, i. s. q. adducat. N. *h*). 6 eos *b*: exeos *l*. 7 illos temtare *b*: illo tempore (te̊mpore *l*) *lh*. 8 aperit — ne (*sic*) *b*: aperit conari oportet. et quando se concludit ⟨non conetur *h sol.*⟩ ne *lh*. fervore *bl* (-rem *h*). 10 emergat *lh*: mergat *b*. a *addidi*. 11 uterū deducant *b*: uterū | pet deducat *l* (ind̄ rumpat et deducat *h*). 12 habentes *l*. 13 exobtabiliт̄. ē. si *b*: et obstabiliter est. si *l* (et ^{b}ostabiliter si *h*). 15 secundę *l* (-da *h*): *om. b*. remanserint *l*: -rit *b* (*h*). 17 patet & statim *b*. 18 q;cūq; partē *b*, quęcumq, partem *l* (quacumque parte *h*). 19 et si — suis *om. h*. a fundo (*sic*) *bl* (*cf. Sor. p. 110, 4*). adiuvante: & iubante *b*, et iubante *l*. 20 parturiens *lh*. ad matrice *b*: a matrice *lh*. 21 levitur huc aut illuc *l*. si *addidi*.

tum conetur matricem simul excludat. si vero tarda mora fuerit, infantem aliae mulieri tradat et ipsa umbilicum praecidat. si vero clusum fuerit orificium ut neque manum admittat neque ipsae exire possint, utatur omnibus sucis et encymatismis quibus ad fervuram matricis uti solemus. hac enim diligentia relaxata omni strictura quicquid ibi remanserit sic cadet.

68. Quae sunt quae propter retentionem secundarum antiqui adhibebant?

sternutamenta et scalae suspensiones, potiones etiam dabant quae quasi eas excludere possint, nec non et thymiamata supponebant, pessaria etiam quae sanguinem eicere possint. nam et pondera ad ipsum folliculum ligabant. quae omnia nos reprobamus, si quidem et fervuram partibus ipsis facere possit et praesentem sine dilatione sanguinis fluxum.

69. Quomodo agenda est post partum feta? (def. Sor.)

spongia locis ipsis extertis, iactanda est in lecto et in obscuro cubiculo, modice patentibus pedibus ut quicquid ex ea foris exire coeperit non inpediatur. panno etiam loca ipsa contegant ita ut frequentius illuc mutetur. lanis etiam mundis supra pectinem et ipsum ventrem contegere, et si sine quassatione partus effectus est, oleo viridi cum

1 matricem excludat *b*: & matrice simul ȁdducat (*in mrg.* hȍc excludat) *l* (ut non matrice simul adducat *h*). tardā orā *b*, tardam horā (-a l^{c}) *l*. 4 ipse (ipsum *h*) e. possit *bl*. 5 eſcıſmatrıcıſ *b*, encymatismus *l* (hencathisma! *h*). quibus: q; *b*, quę *l* (que *h*). ad ferbura *b*, a fer^{bu}vore^{a} (*ips. corr.*) *l* (ad feruore *h*). 5 hanc...diligentia (-tiā *l*) *bl*. 7 sic *b*: mox *lh*. 8 redemtione *b*: retentione(m *h*) *l*. 10 scale *b*: ad scala *lh*. 11 quasi eas: *sic blh*. (*item* 13) possint *b* (*h*): possent *l*. t⟨h *l*⟩imiama *bl* (thimiamata *h*). 14 si *lh*: sic *b*. 15 possit (*sic*) *bl* (potest *h*). 16 fluxum adducit *l* (adducere *h*). 17 agenda est...fęta *l* (*h*): agendē s̄...feta *b*. 18 Iubemus (Iuvemus *h*) etiam spongia etiam (*alterum hoc* etiam *om. h*) locis *etc. lh*. extertis (*sic*) *bl* (extergi *h*). 20 pannis...contegamur (contegatur *h*) *l*.

modico vino admixto partes ipsas inrigare, si vero laboriosus partus praecessit, oleo dulci et calido haec oportet facere, deinde biduo eam a cibo abstinere, tertia vero die encathismate calido et perunctione curata et aqua etiam calida fomentare faciem, simplici cibo hoc est pane et aqua aut pultibus aut ovis sorbilibus eam reficere et aquam calidam dare, septima autem die nullis occurrentibus querellis lavacro uti et vario cibo et vino modico et aquatius temperato.

(def. Sor.) 70. Quomodo cognoscimus post partum sufficientem purgationem occurrisse?

ex eo quod primo sanguis plurimum fluit, secundo faeculentus et minus, novissime purulentus.

71. Sed de conatu et tensione frequentius in partu ruptiones occurrunt. ad has quid facere debemus?

post aliquot dies partus cerotaria inponimus quae conficiuntur cera et oleo roseo, spuma argenti et cerussa et alumine rotundo, ipsamque fasciamus.

(23) 72. Quid est spargesis post partum?

lactis ad mamillas confluxio cum tensione et gravedine, dolore etiam et fervore.

2 dulce *b*. haec omnia (*pro* oportet? *cf. supra*) facere *b*: ipsa loca calefacere *lh*. 3 acibo (aciuo *h*) *b*: cibo *l*. tercio *l*. 4 et (aq.) *b*: *om. l*. 5 fomentare: fomentab̄ *b* = -bis *lh* (*unde sic pergunt hi*: faciem eius. cibabis autem eam simplici c. *etc.*). et (*h*): ex *bl*. aqua calida *l* (*h*). 6 et ovis *l* (*h*). eā reficere & *b*: & ad bibendū *l* (et adhibendum *h*). aqua calida (*sic, ut saepe*) *bl* (*h*). 7 septimo *bh*: -ma *l* (‘post duos autem diatritos id est sexta die’ *cod. Laur. f. 155*[b]). querillis *b*, quęrellis *l* (querelis *h*). 8 temperato dabis ei *lh*. 10 *hic excidit una interrog.* (*cf. rec. alt. cod. Laur. f. 155*[b]: Quae adhibenda sunt ut menstrua purgentur *etc.*). 12 plurim(um) *b*: -mus *l* (*h*). primo *bh*: prius *l*. 13 feculentus *blh*, facilibus (*i. e.* faecibus) similis *alt. rec. l f. 155*[b]. 14 *hic nova incipit interrog.* (*cf. cod. Laur.*), *sed superiori addunt bl*: & de c. (Sed de *h*). 17 sic (*ante* cera) *add. lh*. roseo *bl*: rosaceo *h*. 18 alum̄ rotundo (-dū *l*) *bl*. 20 ad mamillę confluxione (-nē *l*) *bl* (*corr. h*). cum tensione *lh*: *om. b*. gravidine *bl*. 21 dolore etiam *b*: et dolore *l*

73. Quid eis adponere debemus?

primo quidem quae leniter constringere possunt, hoc est spongiam mollem pusca madefactam vel panem in pusca infusum cum palmulis tritis. si vero lacte stringere volueris, herbam pulicariam et coriandrum viridem et uvam lupinam tritam pani vel ceroto admisces. si vero fervor increverit, mamillis adhibenda sunt ea quae relaxare possunt, fomentatio scilicet olei calidi vel aquae calidae et sucorum cataplasmata, etiam panni de seminibus, et in declinatione cerotum.

74. Si vero eadem mulier quae peperit ipsa lactare possit quid faciemus?

sicut superius dixi omnibus uteris rebus.

75. Si alia lactaverit, quomodo ei quae peperit lacte stringimus?

lapidem quoque ignarium bene tritum ceroto miscemus et paulatim strictius mammas ipsas fasciare iubemus, fugientes vero ea quae antiqui exponebant, hoc est

(dolore *sol. h*). 1 *novam interrog. hic infert solus h: om. bl qui sic* Quibus adponere d. p. q. *etc.* 2 primo *bh*: prius *l*. constringi *b*. 3 spungia (-gie *l*) mollis *bl*. pusca *bl*: posca *h*. madefacta *bl*. pane . . . infuso et cum *bl*. 4 cum palmulas tritas *l*(*h*). *nova interrog. hic male l* (*non bh*). *tit. rubr. in b* LVIIII De (Ad *l*) lacte stringendum (-dū quid faciemus *add. l*). *sine tit. et interrog. h.* lacte *bl*: lac *h*. stringere: extinguere? (*σβέσαι Sor. p. 148 D. not.*), exsiccare *cod. Laur. f. 155*[b]. 5 herba pollicaria (ā *l*) *bl* (pulicare *h*). 6 panni *b*, panna *l* (pane *h*). admiscis *bl* (et mamillis imponis *add. l*, e. m. inponimus *h*). si vero *etc.* (*sic b cum tit.* LX De ferbura mulierum): Ad ferb(v *h*)ura mamillarum quid facere debemus *lh, item Cant.* (*male*). 8 aqua calida *b*. 9 cataplasma *bl*. pannis *bl* ⟨ponis! *h*⟩. desiminis (*sic*) imponimus et i. d. c. inducimus *l* (ind. *etiam h*). 11 quę peperit *lh*: q parit *b*. 13 omnibus bene uteris rebus *l* (*hanc qu. errore om. h, non Cant.*). 14 lacte *b*: lac *lh*. 16 ignarium *bl*: pyriten *h*. extritum *l*. 17 iubemus *lh*: incipimus *b*. 18 fugere: fugientes *blh*. ea *l*: eas *bh*. antiquitas (*sic*) exponebant (expondebant *h*) *blh*.

aquam salsam et cyminum et strobilos et alumen scissum et hederam, quae omnia acredine sua impetum fervurae duplicare possunt. rebus enim calasticis tumor mammarum bene accipitur.

(25) 76. Quibus rebus probamus infantem aptum esse ad nutriendum?

ex eo quod ea quae illum in utero habuit omnibus mensibus fuit sana, vitali etiam mense sit natus ipseque parvulus omnibus partibus fuerit integer, omnes poros et exitus patentes habeat vocemque solidam statim ut cadat emittat, maxime cum adpunctus fuerit aut molliter digitis pressus, vocem mittat. haec omnia integrae sensibilitatis sunt testimonia et pleno tempore natum infantem ostendunt.

77. Quibus mensibus vitales nascuntur?

maxime quidem decimo et nono, secundo ordine septimo. unde difficile est aliquos evadere qui octavo mense nascuntur.

(26) 78. Quando umbilicum praecidere debemus?

cum modice infans requieverit in terra, a ventre quattuor digitis longe scalpello aut cultro acutissimo praecidendus est, nec superstitioni antiquorum consentiendum qui lino aut vitro vel canna acuta aut cortice panis secabant. deinde cum praecideris, sanguinem qui in eo re-

1 et cyminum: aciminū *b*, cyminū (*om.* et) *lh.* strobilos *bh* (-illos *l*): *lege* tribulos (*cum Sor. gr.*). 2 hedera *l* (edera *h*): aedere *b.* agridine *b*, acridine *l.* ferbure *b*, fervore *l*, fervurę *h.* 3 possunt (*h*): possit *bl.* tumor mammarum *bh*: tumore mamillarū *l.* 4 bene accipitur *bl*: sedare valet *h.* 5 Ex quibus *lh.* infantem natum aptum *h* (*sim. Cant.*). 8 sana fuit *lh.* *fort. leg.* si natus ipse p. 9 omnesque *l.* poros (*h*): porus *b*, puros *l.* 10 patentib; *b.* 11 amittat *b.* 13 ostendit *blh.* 15 vitalis *b.* (vit.) infantes *add. l.* 17 est (.ē.) *b*: *om. lh.* aliquas (*sic*) evadere solent q. *blh.* qui *bl*: que *h.* 18 nascuntur *b*: pariunt *lh.* 19 (deb.) infanti *add. l.* 20 a *bh*: *om. l.* (ventre) eius *add. lh.* 22 superstitutionis (*sic*) *b.* 23 (cons.) est *add. lh.* pannis *b.* 24 (prec.) eum *add. l.*

manserit coagulatum exsiccabis et lana torta aut licio ligabis, ne subsequenti fluxu sanguinis infans periclitetur. sed eadem hora qua natus est, ex utraque parte ligandus est et sic in medio praecidendus, ne etiam quae parit fluxum sanguinis sustineat.

79. Quibus rebus infantis superficiem lavari oportet? (27)

antiqui vero vino cum aqua salsa eos obvolvebant, alii lotio puerili, alii pulvere gallarum vel murtae spargebant. nos autem diligenter sale trito et afronitro spargimus. nam praedictae res odore suo eos percutiunt. nec multum quidem constringantur, ne constrictio ipsa male eos accipiat.

80. Quomodo haec infanti spargimus?

diligenter sale et afronitro trito spargimus. si vero multum mollis est infans, admixto melle vel oleo vel suco faeni graeci sic eum aspergere ⟨debemus⟩ vel inlinire per omne corpus, ita ut neque ori neque oculis aliquid cadat. deinde cum siccatur corpus, aqua frigida hoc ipsum atluere et aqua calida relavare, digitis vero naribus vel ori inmissis omnia purgare et oleum oculis infantis infundere. deinde minimo digito in anum infantis misso meconium tollere et umbilicum lana ligatum in medietate sua reponere et linteolo oleo intincto contegere.

1 quagulatū *bl.* 2 fluxus *b.* 3 quo *b.* ligandū *bl* (-dus *h*). 4 precidendū *blh.* ne *bh*: nec *l.* 5 fluxus *b.* 6 infantis (*h*): -ti *bl.* 7 vero: *sic blh.* vinū *blh.* 8 alii vero *lh.* lutio *bl* (lucium *h*). expargebant *blh.* 9 spargimus *b*: expargimus (*iterum*) *lh.* 10 predictas *blh.* et nec *lh.* 11 ne: nam *blh.* 12 accipiat *b*: accipiunt *lh.* 14 diligenti *b.* expargimus *b* (spargimur *sic l*, aspargimus *h*). 16 fenogreci *b*, fenugreci *h.* sic eum *b*: siccū *l* (*om. h*). aspargere *bl.* 17 oculis (*h*): -los *b*, -li *l.* cadat *b*: ex eis cadant *l.* 19 relavare *lh*: óre (*sic*) lavare *b.* 20 perfundere *l.* inde *b.* 21 minimum (-ū) digitum . . . missum *blh.* μηκώνειον (*Sor. 122, 4*): égoniū *b*, egonium *l*, egóniū *h.* tolle (*sic*) *b*: tollat *lh.* 23 lenteolo *bl.* intinctum *bl.* contegere *b*: contingere *lh.*

(28) 81. Quomodo infantem fasciamus?

superpositum eum femoribus suis lanea fascia munda et lata et sufficienter longa singula partes involvere ita ut illa loca omnia quae sunt gracilia stringantur et ante laxius circumagatur. deinde coniunctis manibus lateribus eius et pedibus coniunctis ita ut genibus et talis lanae interponantur ne extantia ipsa ossorum quassetur, latiore fascia omne corpus eius fasciare, caput etiam panno aut lanis mundis contegere.

(29) 82. Ubi infantem iacere oportet?

in loco scilicet mediocriter calido ita ut nihil ibi oleat nec valde sit lucidum, strato concavo et nec valde molli, ut non multum iacendo spina infantis aut collum contorqueatur, itaque mediocriter molli, bene collocato capite, infantem iactare.

83. Quando infanti cibum dare oportet?

cum post omnem commotionem quietus fuerit effectus, hoc est post octo vel decem horas.

84. Quem primum cibum accipere debet infans?

talem cibum accipiat qui potest et stomachum et ventrem purgare et eum nutrire, hoc est mel modice decoctum. si enim crudum fuerit et austere, inflat, si vero amplius fuerit coctum, constringit.

85. Quomodo mel dandum est infanti?

1 infanti *b*. 2 eum *bh*: cum *l*. 3 involvere (*sc.* debet obstetrix). 4 omnia quae: que (quę *l*) omnia *bl*. constringantur *lh*. 7 extantia (*ἐξοχή Sor. 126, 15*): stantia *bl* (*om. h*). 8 omnem *b*, omnes *l*. 12 et nec: *sic blh*. molli. ut non *b*: molliet. non *l* (molli. et ne *h*). 13 iacendo *lh*: iacentem *b*. spina (*h*): ispina *l*, supinā *b*. contorqueat *blh*. 14 itaque: ita *bl*. 15 infantis iactare *b*, infantem iacere *l*. 16 Quando *l*: Quomodo *b*. 18 vel *b*: aut *l*. octo *bl*: VIIII *h*. 19 Quem *lh*: Quid *b*. 20 pot& & *b*: potest & *l* (possit *h*). (stom.) eius *add. l*. 21 eum nutrire *bh*: cū nutrires *l*. decoctum *bh*: coctum *l*. 22 austere inflat *b*: austere (-rum *h*) est et inflat *lh*. 23 constringit *bh*: confringitur *l*. 24 dandus *b*.

digito debet mamma eius os ipsius inlinire vel mulsam tepidam instillare, et sic postera etiam lac offerre.

86. Maternum lac dare oportet aut extraneum post partum infanti?

maternum lac non est utile, sed extraneum, quia maternum lac de labore partus et turbore et purgatione malum est et pingue et indigestibile.

87. Quid est enim bonum lac? (31)

scilicet mediocriter candidum nec sublividum nec gypso simile, nec subacidum, sed moderate coagulatum ut stillatum ungui leniter dilatetur nec se perfundat. reliquae autem differentiae scilicet substantiae et coloris malum lac ostendunt.

88. Materno lacte nutriendus est infans an mammae? (29)

amabilius quidem a matre nutriri possunt. ut post partum sana esse possit, melius quidem de mamma nutritur. unus enim cibus insufficienter duobus animalibus subministratur.

1 digiti suo *b*, digito suo *l* (digito *sol. h*). 2 postera (*τῇ ὑστεραίᾳ Sor. 130, 11*): poſteuſ (*sic*) *l*, potest *b* (secunda die *h*). offerret *l*. 3 *ante* Maternum lac *etc. quasi interrogatione desiderata haec inserunt lh:* Cuius lac accipere debet infans? *deinde sic l:* Maternū lac non oportet in initiū accipere sed extraneum quia *etc. h autem post interr. illam retinet etiam verba* Mat. lac d. o. aut extraneum *et deinde resp.* Non maternum. Si quidem adhuc post lab. *etc.* 6 de laborem *b*. turporem (turborem *h*) et purgationem *b* (*et, ubi* post laborem, *h*), turborem & tůrbationē *l*. 7 (ind.) post partum (*supra v. 3 om.*) *hic addit l*. 9 nec subliv(b *l*)idum *lh* (*Sor. 140, 16*): *om. b*. gipso *b*. 10 coaculatum *b*, quagulatū *l*. stillatu ungui (*sic*) *h* (*Sor. 141, 12 ἐπισταγὲν ὄνυχι*): stillatim *b*, stillatū *l* (ungui *om. bl!*). 11 delatetur *bl*. (perf.) et cadat *add. h*. reliqua *b*, -quo *l* (-quę *h*). 12 scil. substantiae coloris *b*, substantiae scilicet et coloris *l*. 13 ostendunt (*h*): -dit *bl*. 14 Maternū lac *blh*. aut máuime (*sic*) *l*. 15 (quidem) infantes *add. l*. (ut) si *add. l*. 16 (partum) mater *add. l*. sana *lh*: sane *b* (*sed* possit *blh*). sed melius *l*. de *b*: a *lh*. 17 cibus *b*: lac maturus *lh*. animalibus *b*: infântibus *lh* (*vitii sign. add. l*[c]).

(30) 89. Quae est ergo mamma apta ad nutriendum infantem?

adulescenta quidem et quae iam bis peperit, bono etiam sui corporis sit colore et pectus latum habeat et mammas ipsas neque rugosas neque satis breves, et nec multum grandes cavernas habentes neque verum raras et breves, animo etiam prudens et quae integro affectu amare etiam puerum possit et quae numquam irascitur, sic etiam si fieri potest, Graeca sit et munda.

(32) 90. Qua vita agenda est nutrix?

communiter sicut omnes homines ut sana esse possit. exerceri ergo debet, lavacro vel perunctione corpus reficere cibumque sufficienter sumere, semperque ebriositatem et indigestionem vitare omnesque excessus, specialiter sane superiores partes et manus vel maxime exercere ut plurimum lactis et digestum mammis influat, et si fieri potest ad virum suum in totum non accedat, ne usu venerio purgationem commemoret, qua superveniente lac exterminatur et extinguitur. primis vero diebus quae lactare incipit simplices cibos accipiat et aquam bibat, ne solidum lac mox natis infantibus cum difficultate per angustias gutturis descendat, et sicut

1 ergo *bh*: *om. l.* apta mamma *lh.* 3 Al(l *h*)escenta *b*, Alêstenta *l.* quidem *lh*: *om. l.* peperit *l*: peperunt *b.* 4 latūs (*sic*) *b*: latus *lh.* habeat *l*: habet *bh.* et (*ante* mammas) *addidi.* 5 mammas *b*: di̊das *l.* neque (*ante* rug.) *addidi.* rugosas *l*: *om. b.* *haec* (5—7) *sic habet h*: ipsasque mammas. neque nimium laxas. erugosas. neque iterum valde tensas papille. neque multum grandes. neque valde breves. et ne multas cavernas habent. Neque iterum raras et breves. 6 habentes: habeat *bl.* 7 cum (integro) *add. lh.* 8 etiam *b*: *om. lh.* puerum *bh*: infantem *l.* 9 greca *bl*: grata (!) *h.* 10 matrix *l.* 11 est (sicut) *add. l.* 12 debet labacro vel perunccionem *sol. h*: *om. bl.* corpus reficere *bh*: ut corpus reficiat *l.* 14 vetare *b.* 15 exerceri *l.* 17 in toto *b*, *om. lh.* 18 commemoret *b*: commo̊vere *l* (*unde* purgatio se commoveat *h*). 19 quae: qua *bl* (quo *h*). 20 infantis *lh.* 21 angustias *b*: congustias *lh.* gutturi *b* (-ris *lh*). discendat *b.*

parvulus accedentibus diebus et mensibus solidatur, sic etiam solidos cibos. nec conditum primo bibat et sic etiam vinum subiungat quam possit infans sine laesione etiam horum digestionem perferre.

91. Quomodo dicis in principio infantem male accipi, scilicet si nutrix eius vinum multum bibat, cum tot mensibus matre sua bibente non sit male acceptus?

quoniam cum in utero esset ad perferendam digestionem mater eius officio laborabat et sic ei digestum lac transmittebat, modo vero ad substantiam suam separatus non praevalet ad perferenda quae difficillimae digestionis sunt. sic enim et malleolus, quam diu in matrice arboris est positus, et exortas sustinet tempestates, cum vero separatus fuerit ab arbore et ad substantiam suam solus fuerit positus, licet modico vento flante vexatur et male accipitur.

92. Quae sunt exercitia quae fieri possunt nutrici?

scilicet si ei pila ludatur aut cum alteribus manus

1 solidantur *bl.* 2 (cibos) accipere incipiat *add. l.* nec *b*: ne *l* (*ubi sic* ne conditum prius bibat. sed vinum. et sic etiam conditum subiungat. *sim. Cant. quae ex correctura ficta esse docet Sor. p. 149, 3*). primo *b*: prius *l.* 3 quam possit *ego*: iam primo *b* (*unde l habet sic* Iam prius inf. s. l. est. per hęc aū indigestione ꝑferre potest *et longe aberrantia etiam h*). 5 Quomodo ergo//// infante (*sic med. nunc extinctis*) *l* (*haec libere mutata in h*). male: amale (*sic*) *b.* 8 quoniam *ego*: que nam *b*, Nam *l* (Infans namque *etc. h*). pre(p̄ *b*, prę *l*)ferendam *bl.*
9 mater: matrix *bl.* officia laboraret *bl.* 10 transmutabat *b.* ad substantiā suā separato *b*, a s. s. reparatur *l* (*Sor. 149, 16*). 11 p̄differenda *b*, preferenda *l.* 12 sic enim et maliolus *b*: Sicut enī ramusculus arboris cū malliolis suis *l* (sicut enim ramusculi *h*). in matrice arboris *b*: in eademque sua arbore *l.* 13 est *l*: .ēē. (esse) *b.* et exortas: et exertas (*sic*) s. t. *b*, necesse est ut exercitus s. t. *l.*
14 ad s. sua *b* (*πρὸς ἰδίαν ὑπόστασιν Sor. 150, 5*). et a s. s. et fuerit insertus in alia arbore licet *etc. l.* 16 (accipitur) ita et infans erit *add. l.* 17 nutrici: infanti (*sic*) *blh* (*id est in infante lactando nutrici Sor. 145, 9*). 18 Scilicet si ei pila laudatur *b*: In primis ut eis (eum *h*) ad pilas (pilā *h*) ludatur *lh.* manū *b.*

mittatur, molere et farinam facere, lectum sternere et aquam portare.

(33) 93. Quid est faciendum si nutricis lac fuerit exterminatum?

alterius mammae lacte accipiat, vel si non fuerit altera, vel eius quae lactat competenti diligentia colligatur.

94. Quomodo agendae sunt illae quarum lac exterminatur?

si valitudo aliqua in partibus posita vel omni corpore incurrat et exinde lac inminuitur et exterminatum est, haec valitudo curanda est. si lassa est, resumenda est exercitiis et gestationibus universi corporis, secundo etiam manibus, lavacro, nam et cibis multum nutrientibus et per quae animi hilaritas provocatur.

95. Quae adhibenda sunt secundum antiquos ut lac abundet nutricis?

iubebant nutrientibus ut ubera omnium animalium manducarent, vespertilionum etiam combustorum vel noctuae cinerem cum vino bibere dabant vel cum aqua soluto mamillas ipsas inlinebant. quae nos omnia reprobamus, siquidem inportunitate hac exterminatus stomachus cibum

1 molere *b*: quasi muliere est *l*. facere vellet *l* (velit *h, qui om.* lectum — portare). 2 (portare) hutilia sunt hęc exercitia infantibus (!) *l* (*et sim. h*: utilia sunt & exercicia infantibus). *lectiones codicis l emendatione arbitraria corrupti abhinc non commemoro nisi quae ad textum codicis sive Brux. sive Hafn. vel illustrandum vel confirmandum faciant.* 5 lacte: *sic b*. 6 qui latat (*sic*) *b*. 9 omni corpore: onere corpus *b* (livore corpus *l*). 10 inminuit *b*. 11 hac *b*. est. et exercitiis gest. *b*. 13 manibus *bl*. l. nam et *b*: lavacrona. & *l*. multis *bl*. 14 n. per quos et animi (h *l*)ilaritate provocatur (-cantur *l*) *bl*. 15 adhibende s̄ antiqui *b* (*cf.* secundum auctoritatem ęciam antiquorum *etc. h*): adhibebant antiqui (*et postea* habundaret) *l*. 18 vespertilionum *l* (*h*): vespertinū (*sic*) *b*. noctule *blh*. 19 cineres *b* (-ris *l*, -ri *b*). solutū *blh*. 20 mamillas ipsas *b*: mamillis ipsis *l* (mamillis *h*). 21 inportunitatē hanc exterminatur *bl*.

corrumpere incipit, deinde minus nutritum corpus multo minus lac efficiet.

96. Quomodo agendae sunt illae quae plus a iusto lac habent?

fortioribus exercitiis et labore uti debent ut abundantia lactis minuatur. si vero spissum est valde, cibum accipiant qui modicum nutrire possit, ita ut aridus non sit. aquam etiam bibant et cotidiano lavacro utantur.

97. Quare acros et salsos cibos nutrices accipere non permittitur?

quoniam et partum minuunt, ⟨si⟩ et lac exercitius minuetur et corrumpetur.

98. Quomodo enim agendae sunt quae lac corruptum habent?

boni etiam suci cibos accipiant. praecordia etiam earum inspiciantur ne forte non digerant vel viro utantur vel potiones aliquas accipiant. quae omnia corrigenda sunt ut etiam lac bonum esse incipiat.

99. Quomodo emendamus illas quae lac aquatum habent?

rarius quidem laventur et vinum bibant frequenter. etiam cibos accipiant multum solidos et nutrientes, sicuti sunt pultes durae, ova vero elixa vel frixa, porcina etiam vel caprina carne utantur.

100. Quotiens in die infans lavandus est. (34)

1 incipiet *l.* 2 lac efficiat *b* (cale fiat *l*). 3 plus a iusto *l* (plus quam debent *h*): plus adusto *b.* lac *b*: lacte *l.* 5 habundantia *bl.* 6 minuat *bl.* cibus...possint *l.* accipiant *l*: -at *b.* 7 aridas n̄ ſ̄ *b* (aridi non sint *l*). 8 bibant...utatur *bl.* 9 agros *bl* (acros *l*[c]). nutricis *b.* 10 permittit *bl.* 11 si *addidi.* exsercicius minuet et corrumpitur *b.* 13 agenda est...habent *b* (-bet *l*). 15 Bonis etiam sucis in cibo *bl.* 17 quae omnia c.: per quas c. *b*, per quas omnia c. *l* (*cf. Sor. 153, 13*). 21 labent *b* (lavent *l*). 22 cibus...multo solidus *b.* 23 portina etiam carne utatur *b*, porcina etiam vel caprina (porcina et caprina *h*) carne(m) utantur *l* (*Sor. 153, 9*). 25 q. in die *l.*

semel quidem lavandus est, et si necessitas aliqua occurrerit, bis in die lavandus est. nam frequens lavacrum tabidum corpus efficit.

101. In quali loco lavandus est infans?

in obscuro et temperate calido, ibi lavandus est infans, et non in frigido aut statim calido.

102. Quomodo fasciandus est infans post lavacrum?

sedere debet obstetrix genibus iunctis et in femoribus suis misso linteolo infantem accipere et sublatis fasciis oleo tepido unguere, et in pelve grandi aqua calida limpida et sine odore missa temperare, deinde sinistra manu sua sub ascella dextra infantem tenere ita ut pectus ipsius supra cubitum eius iaceat, deinde in aqua depositum leviter fomentare, primo dorsum, deinde supinum conversum, etiam partes ipsas fovere ita ut omnes rugae quae in collo sunt et concava loca sicuti sunt ascellae et anquilae diligenter extergantur, inmissoque digito in os infantis salivam eius extergere et leniter linguam et gingivas confricare, deinde levi manu supra pectinem premere ut urina officium memoret. sed cum videris corpus eius in aliquantum calefactum sufficienter obruendo, levare et in tepida aqua iterum eum deponere ut ad usum frigidae assuescere infans possit.

103. Propter quam causam post lavacrum infantis plantis retentis caput iusum suspenditur?

ideoque enim ut ipso pondere universae iuncturae ten-

2 bis: et bis *lh*. lavacrum tabidum (*h*): lavacrus t[a]epidus (*sic ips. corr.*) *b* (lavacrus tepidū *l*). 7 lavacro *b*. 8 debebit *lh*. 11 misso *b* (*om. l*). 15 foveri *b* (-re *l*). rugas *bl* (ragas *h*). 16 et — sunt *h*: *om. bl*. anquillæ *b*, anquille *l* (anguiles *h*). 17 extergentur *b*. salivae eius *b* (salive eĩ *l*). 18 gengivas *b*. 19 levi manu *blh* (κούφως *Sor. 156, 2*). premere ut (*lh*): praemerent *b*. 20 memoret *bl*: commemoret *h*. 21 sufficiendum obruere levare *b*, sufficiendū obluere lavare l (sufficienter obruisse lavare *h*). 22 frigida *b* (frigidae aquae *l*). 24 *hanc qu. om. h*. 26 ex ipso p. *l*. universę *l*: -so *b*.

dantur, spinae etiam sfondili accepto spatio facillime flectantur et nervi resimplicari possint.

104. Quomodo infantes unguere possunt?

primo quidem ad dentes positos, deinde etiam supinos, femoribus suis ante supposito linteolo, ita ut aliquando singillatim manus unguant, aliquandoque transunguant totum. et extendere etiam et curvare similiter pedes singulasque partes corporis ita formare ut quae concava esse debent premantur, quae gracilia vero sunt constringantur, quae extantia, adducantur. oculos etiam ipsos pollicibus suis leviter fricare, caput vero diligenter rotundum facere, patellas etiam in genibus movere, deinde omne corpus suspendere et deponere et universas partes officiis suis restaurare.

105. Propter quam causam oculi infantum oleo infricantur?

ideo quidem ut tunicae quibus constat et mollíantur et extergantur, ut integrum visum habere possint.

106. Quare iubetur infanti post lavacrum auriculas et nares exsiccare?

ne forte remaneat humor in auriculis eius et graciles adhuc infantum pori perfrigescant et male accipiantur.

107. Post quantum lavacri ad didam adplicandus est infans? (35)

1 fondili (*sic*) *b*, *om. l.* 2 resiplicari (*sic*) *b* (et ne victu resolvi possit *l. totum cap. om. h*). 3 infantis (-tes *l*) ... possit *b* (*l*). 4 addentes *bh*: indentes *l.* positus *b.* supinus *b.* 5 subposito lenteolo *l*: suppositos lenteolo *b.* ita ut aliquando q transunguat totū *b* (ita ut aliquando singillatim manus unguant. deinde totum corpus unguant *l*, ita ut aliq. singulatim manus unguat. Aliquando utrasque ungat *h*). 9 Quę gracilia vero sunt *b*: Quę vero gracilia sunt *l et* (*om.* sunt) *h.* 10 ipsos *bh*: eius (ēī) *l.* 11 leviter *h*: libenter *bl.* 13 suspendere *lh*: sustendere *b.* 17 ideo quidem: ideoq; *bl* (*om. h*). constat et *h*: stat ut *bl.* 18 extergantur *bh*: -geantur *l.* possint (*h*): -sit *bl.* 20 exsiccare *bh* (*i. e. exsugere sec. Sor. gr.*): exsiccantur *l.* 21 in auriculas *bl.* 22 pori *lh*: poli *b.* 23 Post quantum: *sic bl* (spacium *add. h*). addidam (*h*): addita *b*, addida *l.*

post modicum, ut omnis turbor lavacri digeratur. quicquid vero ante accipitur, corrumpitur et non nutrit. nam et ipsa mamma si non digesserit balneum et sic lacte dederit, male infantem accipit. melius ergo faciet si balneum digerat et exsiccatis antea mammis sic infantem adplicet.

108. Quomodo didam tradere debet?

manibus acceptum infantem in aliquantum in latus inponere et ad utrasque mamillas convertere et ut modo dextram manum modo sinistram infans liberam habeat et de ambabus mammis accipiat, deinde ori eius adpositum papillum teneat et quasi latenter lac exprimat, ne cum labore infans didas sugere incipiat.

109. A somno experrecta nutrice quid facere oportet?

deambulare eam oportet modice, mammas etiam fricare ut lac quod somnus constringit solvatur, et sic infantem adplicet.

110. Quotiens infans lactari debet?

frequentius quidem quia semel quod ei sufficiat accipere non potest. lassus enim diutius lactando aut de bono lacte cito satiatur. non ergo terminandus est modus, sed cum visus fuerit velle, oportet eum accipere, ita tamen ut ante lavacrum aut in ipso lavacro numquam accipiat didam.

1 ut: aut̄ (autem) *b* (*unde* ante donec *l*, aū [= ante] donec *h*). 2 et innutrit (*sic*) *b*, et non urit *l* (et non nutritur *h*). 3 sic lacte *l*: si lacte *b*. 4 infantem *bl* (*om. h cum v. 3—4* et sic — balneum). faciet *l*: favet *b*. 5 exsiccatis (*sic blh*) *i. e. exsuctis.* 7 Quomodo enim d. *lh*. 9 inponere *b*: ponere *lh*. ad *lh*: *om. b*. 10 dextera (manu) *b*. et *om. b*. 11 ambabus mammis *lh*: ambobus manibus *b*. papillum *bh* (-lo *l*). 13 sugere (*h*): sucgerere (*sic*) *b*, sugare *l*. 14 exp̄(pre *l*)dicta *bl* (experta *h*). 18 Q. per die (in die *h*) *add. lh*. 19 sufficiat (*l*): sufficit *bh*. 20 lassas *b* (lassat *h*, laxat *l*). 21 saciat' *b* (-tur *lh*). 22 oportet *h*: omnia (*ut saepe*) *bl*.

111. Quid enim patiuntur infantes qui ante lavacrum aut in ipso lavacro didam accipiunt?

scias eos variis et multis languoribus detineri.

112. Quibus signis intellegimus infantem cibum debere accipere?

tunc quidem quando praecordia eius concava sunt et iam tantum tempus transivit ut etiam cibum accipere possit. os etiam ⟨cum⟩ aperiat et labia frequenter moveat, et cum inanem digitum labiis coram adplicaveris, et eum suxerit cum quodam ploratu.

113. Quomodo cognoscimus quibus causis ploret infans, ut propter cibos?

fasciam principaliter inspicientes ne adstricta sit aut ne iacens manum aut pedem torserit aut aliqua re punctus sit, aut abundantia cibi vel lactis ploret, inspicientes etiam ne aut plurimis coopertoriis gravatus sit aut ne parvitate eorum perfrixerit aut nimio sole aestuaverit. si enim aliqua re punctus est, subito plorare incipit. coopertoria etiam plurima vel parva et visu probantur et tactu. aut enim frigidus esse debet aut multum calidus. si autem abundantia cibi premitur vel lactis, huc atque illuc se proicit et plena praecordia habet. si aestuaverit, ab eo quod cum anhelitu rubet. si vero aliqua inaequalitas est, et lac accipere non vult et macrior efficitur. ex praedictis ergo signis omnes ploratus eius separari possunt.

1 *hoc c. om. h.* 2 didam *b*: dietam *l.* 3 langoribus *b* (-guoribus *l*). detineri: -nentur *bl.* 4 cibum debere *b*: debere cibum *lh.* 7 transivit *l*: -ibit *bh.* 8 cum *addidi.* 9 coram *ego*: eorum (*sic*) *blh.* 10 et eum suxerit: et cum suxeris sucum *b*, &eam suxeris *l* (sugant eum *h*). 12 ut (?): aut *bl* (an propter civum...an ex aliis causis *etc. h*). cibus *b* (-bos *l*). 13 inspicientē *b* (-tes *lh*). aut *l*: *om. bh.* 14 pedū *b* (-dē *l*). aliquā rem (*sic*) *bl.* 15 habundancia (-tia *l*) *blh* (*item infra*). inspicientes: inspicere *blh.* 16 ne aut *l* (ne a *h*): *om. b.* coopertoriis (*h*): correptoriis *b*, se optorium *l.* gravatus sit *b* (gravatus *h*): gravetur *l.* 18 quo opertoria *b.* 20 esse debet *bh*: est *l.* 23 si vero *lh*: sivecum *b.* est *b*: est illi *l* (est et illi languet *h*). 24 magrior *b.*

114. Quid faciemus si postquam lac biberit frequentius ploret?

aliae didae tradendus est quae eum vario strepitu sonorum et blandimentis mulceat, ita ut numquam eum aliqua re terreat.

115. Ad omnes enim ploratus eius lac ei dare debemus.

non semper nec statim sed in aliquantum moram facere, siquidem ad cibum hoc ploratu exerceatur ut spiritum trahat, et ipse commeatus qui lac accipere habet spatiosior efficiatur.

116. Cum infans obdormierit ubi ponendus est?

in naucella strata vel lecto a facie contecto ut neque nimietate luminis neque aeris laedatur vel torqueat oculos qui adhuc molles sunt.

117. Quando gestandus est infans?

ante cibum, ita ut numquam statim post cibum, ut non quod accepit corrumpatur aut reiciatur.

118. Quomodo et qua re gestandus est infans?

naucella pensilis sit ita ut primo leviter moveri incipiat, vel certe monocoetio duobus in divexum pedibus fulto huc atque illuc exagitari. nam cum in cunabulis

1 post lac (*om.* quam) *bl.* *totum cap. cum seqq.* (*115—18*) *om. h.* 3 Aliae aut detrahendus .ē. *b*, Alię duddę (*sic, sed cf. Sor. 168, 12.* tutrici *Cant.*) tradendus est *l.* quae eū *b*: qua cibū *l.* varios strepidos (strepitus *l*) sonarū *bl.* 4 & n̄ nūquā eū *bl.* 6 ad *l*: *om.* (terreat omn̄s *h*) *b.* 9 ad cibum: acibū (*sic*) *b*, *om. l.* ut: & *bl.* 10 trahant *bl.* ipse commeatus quae *b*: ipse eū ungatus qui *l.* 11 efficiantur *b.* 13 naucella *b*: nau̦i̦cella (*ips.*) *l.* lectu a faciae *b.* contecta *bl* (vel in lecto facie contecta *Cant.*). ut neque nimietate *b*: ut ne non etate *l.* 14 aeris: auris *b*, acius (*sed ipse supra* aeris) *l.* torqueat *l*: toq; ad (oc.) *b* (*Sor. 163, 14*). 17 gestandus est (*post* ante cib.) *add. l.* ita ut n. *etc. sic bl* (numquam vero *Cant.*). 17. 18 ut n̄ *b*, ut ne *l.* 18 accipit *bl.* 20 Naucellas *b*: Navicella *l.* primo: plurimo *bl.* 21 monoc&io (-cetio *l*) *bl* (*est μονοκοίτιον Hesychii s. σκιμπόδιον*). 22 fultis *bl.* exagitare *bl.*

esse coeperit, manibus nutricis retentus quasi ambulare discat. post annum vero et sella et vehiculo bene gestatur.

119. Post quot dies umbilicus infanti cadere solet? (36)

post triduum vel quattuor dies, vulnusque quod remanet pulvere plumbi usti bene curatur.

120. Quomodo concavitatem umbilici formamus?

frustum plumbi ad similitudinem denarii facientes adponimus, quod possit eum pondere suo concavum facere.

121. Quanto tempore fasciandus est infans? (37)

apud quosdam diebus XL, apud alios diebus LX, apud nos vero quamdiu integro suo corpore infans coagulet et solidetur. quod citius evenire solet eis qui bono corpore sunt nati, tardius qui inbecilli.

122. Semel omnes fasciolas solvimus.

per partes paulatim. si enim semel omne corpus nudaverimus, novitate percutitur et male accipitur.

123. Quas partes primo solvimus infantis?

manus eius, interiectis aliquibus diebus et pedes. nam ex ipsis manibus primo dextram eicias, et praesoluta motu suo exerceatur, et postea sinistram manum eius foris eicias.

124. Quando primo in balneo infans lavari debet?

cum post solutionem omnium fasciarum magis solidior fuerit effectus.

1 setentus *b*, retentes (*sic*) *l*. 2 discant *b* (-cat *l*). veicula *b*, vehicula *l*. 5 triduum vel quattuor *l* (*Sor. 169, 15*):
or
duos vel IIII *b*, tres vel quattuor *h*. 8 dinarii faciens *b*, donarii facientes *l*. 11 XL *bh*: quadraginta *l*. apud alios
a
diebus sexaginta *l*, Aput alios diebus LX *h* (*Sor. 170, 13*): *om. b*. 12 coac(g *l*)ulet *bl* (coagolet *h*). 13 quocicius *b*. eveniri *b*. eis: .ē. (est) *b*. 14 incibicilli *b* (inbecilli *lh*, *ubi* sunt *add. lh*). 15 semel *b* (*h*), desemel *l*. 16 semel *b*: desemel *lh*. 18 *hanc qu. cum seqq.* (*123—127*) *om. h*. infantis: infantem *b*, In initio *l*. 19 ēī (eius) *l*: etiam *b*. pedes *l*: pedibus *b*. 20 praesoluta (*Sor. 171, 9*): post (p' *l*) solutū *bl*. 21 exerceantur *bl*.

(38) 125. Quando et quomodo ad sedendum collocandus est infans.

cum coagulaverit et ad sedendum se frequentius erexerit, ita ut in gyrum stramentis eum contegas et obvolvas quod eum continere possit, et ita ut non diutius primo sedeat.

126. Quomodo inducendus est infans ambulare?

inter quattuor, proiectis ante eum aliquibus rebus ad quas pervenire cupit, exerceatur.

127. Quando ad ambulandum inducendus est infans?

cum totum annum compleverit ut etiam stare possit, erigendus est primo ad parietem aut in sellam quae in pedibus rotas habet exponendus, ut lapsu eius adsuescat gressum facere et ambulare.

(39) 128. Quando infantem a lacte deducere debemus?

post annum et menses VI aut suppleto biennio, dentibus iam abundantibus et firmis qui possint totum solidum cibum dividere, sed et diligenter eum commanducare.

129. Qua disciplina infantem a lacte separamus?

ante paucos dies incipientes paulatim cibum addere et rarius ad didam adplicare et sic in totum novissime lacte denegare. illae vero quae amara mammis inlinire solent nobis non placent.

130. Quem primum cibum infanti dare debemus?

3 Quagu(o *l*)laverit (*om.* cum) *bl.* 4 ita ut *b*: & ut *l* (*cf. 114 v. 4*). 5 et (*vel* sed) *om. b,* et ita — sedeat *om. l.* 7 ambulare *b*: ad ambulandum *l.* 8 inter quattuor (*sic*) *bl* (*sc.* parietes). 9 cupit (*sic*) *bl.* exerceantur *b.* 10 Quando: Quomodo (*iterum*) *b*, Quóm (*sic, ut antea*) *l.* 12 pariete (-tē *l*)...sella *bl.* 13 habet (*sic*) *bl.* lapsus (*sic*) *bl.* 14 facere *bl*: figere *Cant.* 16 mensibus VI *bl.* aut *lh*: ut *b.* 17 qui possint totum *bl*: quod (quo) possint (-sit) non tantum *h* (*Cant.*). 18 conmanducare *b.* 19 infant$\overset{o}{e}$ (*sic*) a lacte *l*: infantes lacte *b.* (*hanc qu. om. h.*) 22 lactem *b*, lacte *l.* illae: illa *bl.* sunt (*post* amara) *add. bl.* 24 Quem *l*: Quae *b.*

micinas in mulsa vel in condito aut in lacte infusas, vel sucum alicae aut pultes tritici.

131. Quid ei bibere dabimus?

aliquando aquam aliquando vinum aquatius per vasculum vitreum ad similitudinem papillae formatum et pertusum, quod rustici ubuppam appellant aut titinam.

132. Quando incipit infans dentes mittere? (40)

non omnibus aequaliter, primis vero a septimo mense nasci incipiunt.

133. Quae sunt signa quando infans dentire incipit?

gingivarum prurigo erit, fervor vero maxillarum et in cervice nervorum dolor, unde frequentius sanguinolentus humor per os aut per aures exire solet.

134. Quibus rebus utendum est ut non cum dolore et tormento dentes mittant infantes?

a quinto mense oleo dulci et adipe recente gallinacio et cerebellis leporum gingivas eorum frequenter fricare, novissime vero mediocriter decocto melle inlinire. cum vero fervor emerserit, vaporatione et cataplasmatibus uti, ita ut mamma eius vinum non bibat et cibum paululum sumat.

135. Ad fervorem faucium infantis quibus rebus utimur? (41)

1 Micinas (*ψιχία*, *micas*) *b*, Pane assum hoc est micinas *l* (Panosum. hoc est micinas *h*). 3 dabimus *lh*: dandus *b*. 4 aqua *bl* (aquas *h*). aliquando aquas aliquando vinum aquacius (*Sor. 175, 12*) *h*: Aliquando vinum aliquando aqua quociens (aliquoties *l*) *bl*. 5 papille *bl*: papilli *h*. 6 ubuppa *b*, upupa *l* (ut tuba *h*, *unde Cantabr.* ꝗ rusticitas tubā appellant). titina *b*, tictina *l* (aut t. *om. h*). 7 incipit *lh*: *om. b*. 8 non omnibus equaliter (sed n. o. eq. nascuntur *sic l*) *post* Primis (Inprimis *l*) — incipiunt *ponunt bl* (*non h*). 11 Gengivarum *b* (*ut infra 17* gengivas). 12 sanguilentus *bl* (*in marg. l.* ∴ sauciui nolentuſ). 16 A quinto mense h: Faciendus .ē. ut á V mense *b*, Faciendū est eis ut a quinto mense *l*. dulce et adipes recentes gallinatius (-ceos *l*) *bl*. 17 cerebellis *h* (*Sor. 179, 6*): *om. bl* (*qui tamen* leporum *sic uterque*). 18 inlinere *l*. 19 vaporationes *bl*. uti *bh*: uti debent *l*. 20 c. paululū et tenuē *l* (parcius civum *h*). 22 fervores *l* (ferburas l^c).

scilicet omnibus quae relaxare possunt, sicuti est mel modice coctum et ex eo mulsa et sucus ptisanae et cetera his similia.

(42) 136. ⟨aptha vero⟩ quae quidem oris et linguae vulneratio levissima est, frequentior tamen, melle a foris bene inlinitur cum nido hirundino trito, et tantundem passi miscetur et inducitur faucibus. si vero creverit fervor cum siccitate, cataplasmate ⟨calastico⟩ utimur. si vero cum abundantia humorum creverit, illis rebus utimur quae constringere possunt. coria mali granati et lenticulas in uno tritas cum melle inponimus. vulnera vero intus posita anthera curamus, vel flore rosae tantummodo vel cypero utimur. siccatis vero aliquantum humoribus iam possumus uti et diamoron et diacodion, suco etiam plantaginis cum melle decocto.

(43) 137. Ad pruriginem infantum quid facere oportet?

vaporationes lavacri calidi et perunctionem olei ubi modice cera soluta est. si vero exanthèmata et pustellae cum humectis vulneribus exierint, utimur illis quae constringere et siccare possunt, post lavacrum aqua perfundentes ubi decocta est rosa lentiscus celsa agrestis myrta

1 omnia *bl.* 4 *ab initio desunt verba* ἄφϑης δὲ γενομένης *Sor. p. 183, 14. nam ita bl* (*post* similia) quę (*l*, q; *b*) quidem ori & linguae vulnerationi levissima s̄ frequencius tam̄ melle ... (*haec omnia usque ad finem cap. om. h*). 6 erundino *b* (-nis *l*). *haec desunt in graeco textu Sor. 182, 1.* tantū de passi *b* (tantū depassim *l*). 7 miscito *b*, inmiscito *l.* inducito *bl.* 8 cum *l*: *om. b.* calastico *addidi. cf. Sor. 182, 2.* 9 habundanc(t *l*)ia *bl.* humoꝝ (-rum) *l*: humor *b.* 10 id est (*ante* coria) *add. l.* coria mala (-i *l*) granata (-i *l*) & lenticula in unū tritas *bl.* 12 antera *bl.* flos *bl.* tanto (u *l*) modo *bl.* 13 vel $\overset{\text{cu}}{\text{cipera}}$ *b*, cum cypera *l.* 14 possumus uti: posuimus *b*, possumus (et d. et d. uti & sucus...) *l.* sucus &iā *b*: uti & sucus *l.* 15 decoctum *bl.* 16 proriginem *bl.* infantem *b* (-tū *l*). 17 Vaporationis *b*, -nes *l* (-ne *h*). 18 exantemata *bl.* 19 cum humectib; *b* (-tis *h*, cum humectatione *l*). 21 ubi *h*: *om. b*, in qua *l.* mirta *bl.*

et mali granati coria. cataplasmatibus etiam admiscemus folia plantaginis intubi portulacae uvae lupinae. inlinimus etiam oleo roseo vel myrtino cum cerussa et spuma argenti et alumine scisso.

138. Sonitum narium et oris strepitum qui de humoribus occurrit quomodo sanamus? (44)

scilicet mulsam ex modico melle decoctam frequentius infanti damus.

139. Ad tussiculam eorum quid damus?

[⟨ex⟩ semine lini amygdalis suco gliquiritiae et draganto utimur electuariis et melle.

140. Quid est valitudo quae apud infantes siriasis appellatur? (45)

cerebri est fervor cum miningis, ita ut occipitium infantis concavum fiat, cum igneis et ferventissimis febribus.

141. Si vero ventrem infans solverit quid faciemus? (46)

si adhuc lactat, omnia quae adstringere possunt et nutrici eius damus] epithima scilicet quod constat [de palmulis et lenticula inducimus. si vero plurimis diebus

2 intubi *b*: intibi *l* (*om. h*). uva lupina *b* (uvae — roseo *om. l*). 3 roseo *b*: rosaceo *h*. 4 alum̄ (*sic et h*) scīssi (*om. h*) *b* (alumen scissum *l*). 5 narium *lh*: aurium *b*. ores *b*. strepidu qđ .ē. humoribus *b*, strepitū q̧ de humore *l*. 10 *post* damus *sic pergit Brux.* edima scilicet qđ constat (*quae verba ex ultimo libri huius primi capitulo reliqua nunc sola restant, vid. infra*) aut p̧ fluxum ventris specialit̄ tam̄ habent sicuti .ē. vulvę p̄focacio & sanguinis fluxus licet haec generalibus illis p̄dictis adscribi debent. CXXIIII. Quae s̄ ergo valitudinis mulierū quae p̧ scriptura fieri solent. Retentio menstruarū *etc. quae sunt ex initio libri secundi. sic b et similiter l. intermedia quae perierunt solus nunc servavit Havniensis (cf. Gesn. ad Mosch. p. 53—54), qui tamen ipso initio caret libri secundi cuius reliquiae extant in bl.* 10 Semen lini. Amigdalis. Sucus gliquiricie. et draganto. utimur et lactuariis ex melle (*sic*) *h*. 19 epythima de palmulis et lenticula constat *h*: *haec sunt verba quae vola restant in bl sic (v. supra ad v. 10)* ‘edima scilicet quod constat’.

non fuerit asseIlatum, mulsam et omnia quae ventrem mollire possunt etiam mammae dabimus.

Hactenus de cateperotianis transtulimus. et quoniam omnium valitudinum speciales curas non habent, quas vel maxime obstetrices nosse convenit, placuit ut ad gynaecia triacontados conferamus. inde enim plena omnium cura insinuari potest.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

1 asellatū mulsa et olera (*sic,* olea *corr. Gesn. pro* omnia) q. v. m. p.: *haec in textu h omissa litteris, non langobardicis ut in textu sed vulgaribus, supplentur in margine.* assellatus *Pal. et Cant.* 3 Áctenus de cataperocianis (de cateperotianis *Pal.*) transtulerimus (*sic*) *h* (Actenus decate pocianis transtulimus *Cant.*). 5 obsetrices *h.* genecia tria contados (*sic*) *h* (*Cant. et Pal.*). 6 conferamus (*sic*) *h.* omnium: omnium causarum *cod.* (*vel corr.*) *Gesneri* (*in not. ad Mosch. p. 52. sic etiam Cant.*).

INCIPIT LIBER SECVNDVS.]

... aut per fluxum [ventris]. specialiter tamen habent, sicuti est vulvae praefocatio et sanguinis fluxus, licet haec generalibus illis praedictis adscribi debent.

(142.) Quae sunt ergo valitudines mulierum quae per stricturam fieri solent?

retentio menstruarum, fervor matricis, tensio et inflatio, tumor, duritia et vulvae praefocatio.

(143.) Quae sunt quae per fluxum?

ipsius sanguinis fluxus et gonorroea.

(144.) Quid differt retentio menstruarum ab ea quae guttatim purgatur?

quod in retentione in totum nihil occurrit et in hac modicum.

(145.) Quid differt ea quae in totum non purgatur ab illa quae retentionem menstruarum habet?

quod haec res valitudines ostendit, non purgari autem et secundum naturam occurrere solet.

2—4 *om. h qui sic habet:* Incipit liber secundus. de retentione menstruarum. Quę sunt ergo val. *etc.* (*etiam Pal. et Cant.*). 2 ut p fluxū ventris aut per os digerat (*add. l inepte ficta!*) specialiter tamen ... prędictis fieri (*sic*) debent *l.* ventris, *quod habet etiam b, delendum videtur.* 6 scriptura *h.* 10 Ipsius *et* et gonorrea *add. h* (*om. b ubi* sanguinis flexus, *et l ubi* sanguinis fertur). 11 Ab eoq; *b*, Ab eo quod (...purgantur) *l.* 13 in retentio *b* (-one *l*). occurr& & admodū *b*, occurrit & admodicū *l*, occurret et inác modicum *h.* 15 differr& (*ut et v. 11*) *b.* purgaṇtur *l* (purgantur *h*). 16 retentio (*sic*) *b*, retensione *l* (-nē *h*). 17 valitudines d ostendit (*sic*) *b*, valitudinē ostendit *lh.*

[Quoniam ergo posuimus quod omnes earum valitudines aut per stricturam fiunt aut per fluxum, et illae priores curandae sunt quae per stricturam occurrent, hoc est menstruarum retentio vel cum dolore exitus, fervor matricis et tensio, inflatio et tumor, callositas orificii et clusura, et vulvae praefocatio quam ystericen pniga Graeci dicunt, placuit ab ipsis principium sumere.]

(48) I · De retentione menstruarum vel quotiens guttatim et cum dolore purgantur.

(gr. 7.) Multae sunt causae quae non purgari mulieres faciunt. nam primo sunt quaedam quae nullam valitudinem habentes naturaliter non purgantur. aliae aetate inpediuntur, hoc est anus et puellae. aliae exercitio vocis sanguinis purgationem consumunt, hoc est cantilatrices et virile corpus habentes. universum enim sanguinem purgationis exercitationibus consumunt et ad corpus transmittunt nihilque remanet quod matrix propter purgationem accipiat et servet ut expleto mense purgationem repraesentet. aliae vero sunt quae valitudine aliqua aut universi corporis aut partium non purgantur, universo corpore ut sint tenues et syntecticae vel multum pingues et crassae, partibus vero inpediantur ut orificium matricis aliquando

1—7 *solus hic addit* (*qui ante p. 47, 1—4 omisit*) *h*. 2 per *om. h*. 4 retensio *h*. 6 clusuras. v. *h*. quam mysteri centínıta grece (*ips. corr.* greci) dicunt *h*. 9 cociens *b*. 12 alia a&ate *b*: Alię vero ętate *l*. 13 hoc est *b*: id est *l* (sicut *h* = καθάπερ *Sor. 196, 14*). Alię aū ex. *l*. 14 sanguinis purgatione *bl*: sanguine purgationis *h*. cantelatrices *b*, cantolatrices *l* (cantilatrices. et steriles cui v. c. habentes *h*, *cf. Sor. 196, 15*). 16 exercitationis (-nibus *h*) *bh*: exercitionibus *l*. 17 propter *h*: *om.* (purgatione) *b*, per (p̧) *l* (εἰς κ. *S. 196, 16*). 18 ut *h*: & *bl*. 19 valitudine aliqua *h*: valitudinalia *bl̄*. aut (un.) *om. l*. universo *b*. 20 purgentur *lh*. ut sit (sint *h*) tenues *b*: aut si tenues *l*. 21 sint&ica *b*, sint. ectice *l* (sintectice *h*). vel contra m. p. *h*. grassae *b* (*l*). 22 in(m *lh*)-pediuntur *blh*. ut *lh*: *om. b*.

reclusum aut callosum habeant aut praecedente vulnere cicatrice duratum.

(8.) omnes ergo has praedictas causas adprehendimus his signis. si enim naturaliter in totum non purgatur, quod sana sit et sine aliqua querella corporis et matricis vivat et numquam fuerit purgata. quae vero aetate non purgantur anus et puellae, cum interrogatae fuerint annos suos simpliciter confiteri possunt. valitudine universi corporis sui et a medicis videntur. si vero matrix habuerit locale inpedimentum, ab obstetrice inspectae cum invenitur quod illa purgatione quae semper fuerat non purgantur, ex eo valitudo occurrit.

(9.) illas vero quae naturaliter vel aetate non purgantur, non oportet curare, ne contra naturam faciamus. sed neque illas quae aut exercitiis aut cantilena non purgantur. illis vero quae cum valitudine non purgantur, conpetentem diligentiam passionibus earum adhibemus. si enim membrano clusum fuerit orificium, id aperimus. si vero aliqua res aliena ibi fuerit inventa, tollatur, callositas etiam conmalaxetur, fervura solvatur, cicatrix in quantum potest tenuetur. fatigatas vero et tenues resumes, multum pingues et crassas extenuabis. harum omnium praedictarum valitudinum et signa et curas in subsequen-

2 duratum *h*: ducatur *bl*. 8 valitudini *b* (-ne *l*, valitudinarie *h*). corporis sui & a medicis *b*: corporis sui modicibus (*sic*). & a medicis *l*, corporis a medicis *h*. 10 inspecte (*sic*) *blh*. cum invenitur *b* (causa invenitur *h*): cū invenerit *l*. 11 purgatione *l*: purgacio *bh*. fuerit (fuerat *h*) ex eo valitudo occurrit non purgantur *b* (*h*): fuerit ñ purgantur. ex eadē rem valitudo eis occurrit *l*. 14 oportet *h*: omnes *b* (possent *l*). 15 sed *h*: & *bl*. 16 illas *bh* (illas — purgantur *om. l*). cū *b*: *om. h*. 17 conpetent̄ *b* (-tem *h*, -tibus *l*). 18 íd aperimus *b*: adaperimus *l*, id adperimus *h*. 19 callositate *bl* (-tem *h*). 20 connmaxetur *b*, cū malaxetur *l* (c̄ mactetur *in marg. l*[c]), commalaxamus *h*. ferbura *bl* (fervuram *h*). cicatrice *bl*. 22 grassas *b* (*l*). extenuas *bl*. 23 valitudinum *h*: -nes *bl*. in *l*: & *b*, et in *h*.

tibus specialiter positas invenies unde curare possis. et quoniam prima est retentio menstruarum, ab hac initium sumimus.

(10.) strictura ergo et fervore in matrice posito, aliquando ⟨ex toto⟩ retinentur menstrua, aliquando cum dolore guttatim feruntur. signa autem occurrunt haec. tensiones et dolores lumborum et supra pectinem et inguina, capitis etiam dolor et cervicis, cui et bases oculorum consentiunt. frequentius et anorexia eis occurrit, sonitus aurium, fervor cum rubore vultus, mamillarum etiam inflatio partiumque muliebrium siccitas. quae omnia occurrunt diebus purgationis. itaque cum praedicta signa mulieri venire coeperint et dolores occurrerint, iactanda est in cubiculo mediocriter calido et lucido, strato scilicet molli cooperienda est stramentis novis et flocosis, ita ut biduo nihil accipiat. loca vero illa quae dolorem et tensionem ⟨habent⟩, omnibus vaporationibus aut linteolis calidis aut lenticulis calidam habentibus vel sacellis vaporentur. nam et vesicae oleum calidum habentes semiplenae bene partibus ipsis adponuntur. post vaporationem autem pannis mundis oleo calido tinctis et expressis universa loca contegantur. cataplasmatibus etiam cum mulsa

2 quoniam *h*: quarū *bl*. 4 posito *h*: -ta *bl*. 5 aliquando — menstrua *h* (*Sor. p. 200, 11*): *om. bl* (ex toto *ipse addidi*). 6 guttatim *h* (*Sor.*): *om. bl*. 7 tensione (gravedo cum tensione *suppl. h,* t. ventris *add. l*) et dolore *bl*. 8 cervices *bl*. bases *b* (*h*): $\overset{b}{\text{u}}$asis *l*. 9 anoro(e *h*)xia *b*, -resia *l*. 10 fervore *bl*. 11 partumque *bl*. 12 diebus *bh*: in diebus *l*. predictis signis *blh*. 13 mulieri *b*: -ribus *l*. coeperit *b* (-rint *l*). 15 cooperiendum *b* (-da *l*). stramentis *bh*: tegīmtis (*sic, non tamen addita quae significatur in marg. correctura*) *l*. & locofıſ *b*, et floccosis *l* (*h*). ita ut *lh*: sit aut *b*. 16 dolor (-re *l*) et tensionem (-ne *l*) omnibus (*om.* habent) *b*. 17 habent (*addidi ex lh*): et gravi(e *h*)dinem habent *lh*. 19 habentes *lh* (-tis *l*[c]): habundantis *b*. si(e *l*)miplenas *bl*. 22 cū *l*: *om. b* (c. e. ex pollinibus et in mulsa c. c. *h*).

coctis cataplasmamus, et occurrente tertia die oleo simplici peruncta et aqua calida fomentata facie cibum calidum et simplicem damus.

(11.) cum vero praedictae querellae creverint dolorque fuerit plurimus, secunda vel tertia die flebotomamus eam, et cum se mulier post flebotomiam conposuerit, ad encathisma eam tenemus quod conficitur ex oleo dulci et aqua calida aut ex sucis seminis lini faeni graeci et radicum bobae, ita ut cum illic insederit sucis ipsis interiores partes fomentet. et cum encathisma digesserit, peruncta et fomentata facie cibum simplicem accipiat, hoc est ova sorbilia panem ex aqua et pultes molles, et aquam calidam bibat, et post refectionem dormiat. et ex ipso die usque ad declinationem valitudinis cotidie curetur et si vires eius permiserint die inter diem cibum accipiat. tertia vero die post flebotomiam subiungere etiam cucurbitas debemus, in accessione quidem doloris leves, in statu autem valitudinis in remissione cum scarifatione eis supplemus, supra pectinem scilicet et praecordiis. perseverante autem adhuc valitudine eisdem locis etiam sanguisugas bene inponimus. quod si parum sanguinem tulerint, cucurbitas illic ponimus . . . et sic modum san-

2 peruncta et... fomentata (facie *add.* *h*) *bl.* cibum *b*: post hoc cibum *l.* 4 creverint *lh*: óre venerint *b.* 5 plurimus: plus *b* (amplius *l*, vastus *h*). fleotomamus *b* (flevothomamus *h*): flevotomabis *l.* 6 fleotomia *b.* 7 conficē *b*: constat *lh.* et (aqua) *lh*: aut *b.* 8 fenogreci (*item infra*) *b.* radicem bobe *b*, radicē | ⟨alte⟩ bobbę *l* (radicum | ≣ bleтe? *h, ubi* r. bletae *Wolf p. 89,* r. bebbae *Pal.*, r. berbene! *Cant.*). 10 fomentet et: fomet et *h*, sument et *b* (resument. etiam *etc. l*). 13 ipso *bl*: ipsa *h.* 14 usque *lh*: *om. b.* curetur. et si *h* (curetur. si *l*): curatur sibi si *b* (λεπτῶς ἀκτέον καὶ *Sor. p. 204, 10*). 15 die intercia die (*sic*) *b*, die inter die *lh.* 17 accensione *b.* 18 ei supplemus *b*: eas applicamus *h*, eas adplicamus (sup) *l.* 19 precordiis (*sic*) *blh.* 20 sanguesucas (*item infra* sanguesucarum) *b.* 21 parum sanguine *b*: parvū sanguinē *l*, parum sanguinis *h.* 22 ponimus. et sic *sine lac. blh, deinde* sedamus *bl*: supplemus *h.*

guinis sedamus. post usum vero sanguisugarum cerotum inponimus, et si necesse fuerit iterum praedictis rebus cataplasmamus et spongiis in aqua sucorum intinctis loca ipsa vaporamus. nam et ad longaonem oleum dulce et calidum ad plenum acetabulum inicimus.

(13.) utimur etiam pessariis simplicibus, ex quibus primum est quod oleo dulci et calido constat, ut intincta illic lana ponatur. aliquando etiam sucos faeni graeci et malvarum ei admiscemus. possunt autem paregorica haec pessaria etiam hac disciplina confici. faenum graecum diligenter tritum ⟨et⟩ semen lini accipiant et radices althaeae bobae, deinde supermissa aqua decoquantur. cum vero pinguis factus fuerit sucus, adipes anserinos vel gallinacios illic missos et solutos de pinna super tollant, ut sic sucos admisceant. possunt cum isdem sucis et palmulae pingues coqui, ita ut cum madefactae fuerint sublato cortice quem a foris habent terantur, et sic sucis misceantur. nam et melilotum bene tunsum et cribellatum frequentius illic

1 post usum *h*: ptusum *b*, pertusū *l*. s. predictis c. i. *b*. 3 spungia (...intinctis) *b* (spongiis *lh*). 4 et ad longaonem *h* (*Sor. 206, 4*): *om. bl.* 5 ad *h*: ac (*i. e.* ac *b*, hac *ips. corr. b*) *b*, ac *l*. ace(i *l*)tabulum *lh*: acceptabulum *b* (*μέχρι κυάθων τεσσάρων Sor. 206, 5*). 6 pissariis (*item infra*) *b*. ex *lh*: & *b*. 7 ex oleo *h*. dulce *bl*. 8 illic *b*: illuc *h*, illa *l*. sucus *bl*. 9 p' (Post *l*) autem para(e *l*)gorica haec pi(e *l*)ssaria ·ēē (esse *l*). &ıā hac d. conficiu(a *l*)ntur *bl*: Possumus autem paregoria hęc pessaria eciam ac d. confici *h*. 11 tritum sem̄ lini *b*: tritū. & tantū seminis lini *l*, obdulcatum. tantuńdem seminis lini *h*. accipiat *blh*. et radices alteae bobę (altee vel boh(b?)|bte *sic h*, altheę vel bis malvae *Wolf p. 90*, altee vel bobbe *Cant.*) *b*: & radicem. id est ịḍeviscū alteę bobbę *l*. 12 decoquantur *blh*. 13 adipes anserinus vel galinacius illic missus et solutus *b*, ex adipe anserinus vel gallinaceos illic missos et solutos *l*, adipes anserini vel gallinacii illuc missi et soluti *h*. 14 de *bl*: cum *h*. super *bl*: de super *h*. tollantur *blh*. et sic sucus (sucis *h*, suc..? *l*) admisceantur *blh*. 15 Possunt (Poſſ̄) *h*: sed *bl*. isdem *b*: hisdem *lh*. 16 madefacta *b*. quem: quod (qđ *b*) *blh*. 18 mellilotum *bh*.

admiscemus aut linteolo ligatum decoquimus et ova sic et palmulas ibi elixamus et cilium ipsorum illic conterimus.

(14.) hac ergo diligentia cum valitudo in melius profecerit, etiam sella vel basterna eas gestare iubemus. facta vero declinatione purgatio se ostendere solet. post cuius transitum resumenda est lavacro et vario cibo, gestatione exercitiis et frictione primo totius corporis, secundo etiam et ipsius matricis. quae fieri debet hac disciplina ut cum ad encathisma mulier sederit vel in balneo acrudo descenderit, ibi mulieres spongiis vel penicillis ab umbilico iniusum locum matricis sine quassatione defricent, ita ut cotidie crementum frictionis ipsius faciant, post encathisma vero vel balneum cerotario quod de oleo liliacio vel samsucino fiat partes ipsas inliniant et intus ad orificium adponant. cum vero plus profecerit, et exercitioribus pessariis uti possumus quae accipiant ceram, terebintinam, adipem taurinum, medullam cervinam et oleum cyprinum. nam et malagma diaquilon solutum facit pessarium optimum et acopum dia samsucu bene adponitur, et novissime libianum maius, ita tamen ut si haec minus purgationem redintegraverint,

1 et ova sic et palmulas *h*: et sic palmulas *bl*. 2 ipsorum *sic lh*: ſipſorū (*sic*) *b*. 4 Hanc (*ut infra* 9) *bl*. proficerit *bl* (*item infra v.* 16). 5 sella vel basterna *h*: sella sternimus et *bl*. gestare *bl*: -ri *h*. 6 cuius *h*: vero *bl*. 8 fricacione *h*. 9 ut *lh*: aut *b*. 10 acrudo *h*, ḥacrudo *b*: agr̊o dū (*et in marg.* *l*c acrudo) *l* (*qui addit* desc. in solium). *ex* acroclo *pro* acrotolo, ἀκροθόλῳ? *cf. Cael. ox. 3, 152.* 11 mulieres *bh*: mulier ipsa *l*. expu(o *l*)ngiis *bl*. penicillis *h*: pinnici(e *l*)llis *bl*. 12 locū *b* (-o *l*, -a *h*). defrigent *bl* (-cent *l*c*h*). 13 fricacionis *h*. et post e. vel balneum *h*. 14 vel *om. b et* (*ubi* a balneū) *l*. 15 fiat *b*: fit *h et* (*ubi* quod fit de o.) *l*. inlineat *b*, -niant *lh*. adponat *b*, imponat *l* (et — ponat *om. h*). 16 causa profecerit *h*. exterioribus *b*, exterioriis *l*, exercioribus *h*. 17 accipiant *b*: -unt *lh*. terebentina *blh*. 18 Nam *om. b*. 19 diaquilon *bl*: dia chilon *h*. 20 desamsucum *b*, diasampsucu *l*, dia samsuco *h*. 21 reddunt egraverit *b*.

novissime in oleo enbasis eis faciamus aut, quod est verius et exercitius, cyclo curemus.

(60) ## II De fervura matricis.

(17.) Matricis fervuram multae causae faciunt. aliquando enim ex nimia perfrictione emergit, aliquando ex inportuno labore vel frequenti aborsu nascitur, vel si ab inperita obstetrice male fuerit obstetricata. et erit omnis matrix eius in fervura aut aliqua pars eius. quotiens autem omnis matrix eius fuerit in fervura,. dolor eius occurrit cum duritia et siccitate et fervore, gravedo etiam lumborum totiusque vicinitatis in gyrum. nam et aliquando et obripilationes et punctiones sibi sentiunt, torpor etiam et in genibus frigor eis occurrit, pulsus vero minor et spissus invenitur, stomachi consensus, aliquando cum pressura pectoris. et cum in peius devenerit, singultus eis occurrit et dolor cervicis et occipitii et oculorum vel maxime radicum. nam et urina frequentius occurrit et stercora inpediuntur ipsaque loca grandia fiunt et extenduntur cum acutis febribus et deliratione et spasmo.

(18.) quotiens autem orificium eius patitur, digito obstetrix inmisso inveniet clusuram, et cum clusuram adprehenderit cum dolore continget, et inguina eis nascuntur

1 in oleo: oleo *b*, de oleo *l*, olei *h*. enbasis *bl*: enbasin *h*. facies *bl*, faciemus *h*. 2 et cercicius *b*, et certius *l* (*om. h*). 5 enim ex nimia perfricatione *h*, enim exanimat ipsa pfricationē *l*: *om. b*. emergat *b*. aliquando *om. b*. 6 aborso *bl*. vel — obsetricata *l* (*h*): vel si ab inperita obsetricata male fuerint *b*. 8 aliquas partes *bl*. 12 (aliq.) et *b*: *om. lh*. torpor (νάρκα): corpore *b* (in corpore *l*), corpor (*sic*) *h*. 13 in genibus *h* (γονάτων): inguinibus *b* (in inguinibus *l*). fricdor *b* (frigdorem *l*, -dore *h*). eis *h*: eius *b* (*om. l*). vero *b* (*om. h*): etiam eis *l*. 17 rađ *b* (radices *lh*). 20 Quotiens aū (autem) *lh* (*item infra v. 23*): Quociens cumque *b*. 21 inveniet *l*: -nit *b* (*om. h*). 22 et cum dolore (*Sor. 259, 4*) continget quando et inguina eis *h*, contigit ut ingôın eis *l*: *om. b*. *cf. ap. Orib. lat. VI, 367.* nascantur

et supra pectinem tensionem habent. (20.) quotiens autem collum matricis in causa est, post orificium eius tumor cum fervore invenitur ita ut pes mulieris qui huic tumori proximus est consensum habeat doloris et inpediatur ad ambulandum, retentio etiam urinae vel stercorum vel utrarumque rerum fiat, siquidem aliquando pars eius patitur quae longaoni superiacet et aliquando illa superior cui subiacet vesica. aliquando omne collum eius in causa est et exinde ambae res inpediuntur. (21.) sed si basis eius qui sinus dicitur habuerit causam, hic a foris dolor et tumor et inflatio invenitur. si enim pars ipsius quae in priore est causam habuerit, supra pectinem est dolor et inflatio, et urina detinetur. si vero posterior pars eius habuerit, in renibus eius dolor et tumor erit et stercora inpediuntur. si vero in lateribus, ibi quidem tumorem invenies et dolorem. fundo vero matricis in causa posito, et dolor et tensio et gravedo in ipso umbilico erunt. nam frequentius et ipsum orificium rugosum erit et intus insursum conducitur, ut ab obstetricibus inspectae nulla causa matricis

. . .habeat *bl.* 2 in causa est post (μετὰ) o. (est in causa post o. *h*): inconposito est in o. *b*, in composito est. & in o. *l.* 3 cum *om. b.* pes (σκέλος) *h*: uterus *bl.* qui — est *h*: *om. bl* (*cf. Sor. p. 260, 9—11*). 5 utrarumque *h*: utra(āl)-que *bl.* 6 fiat *lh*: faciat *b.* 7 longaoni supiacet *l* (*h*): longaonis abiacit *b.* et aliquando illa superior cui subiacet vissica *bl*: *om. h.* 8 omne *h* (*Sor. 260, 16*): enim *bl.* in causa est (est in causa *h*): inconposito est *bl.* et inde amba | rés *h*: et exinde ambulare *bl.* 9 si inbases *b*, si in$\overset{b}{u}$asis *l* (*ubi sic h* si capacitas eius qui sinus d.). 10 sinus *h*: anus *bl.* causam *om. bl: add. h.* 12 causam h.: cū (*pro* cā) h. *bl* (*om. h cum sqq.*). 13 detenetur *bl* (retinetur *h*). 15 l[ateribus . . . *abhinc in b folio lacerato septem versuum seqq. absunt partes extremae, insuper in tertio textus dittographia* (ambulare inpediuntur *etc. v. 9* — invenies *v. 15*) *corrupti vestigia extant. post quam quidem omnia desunt usque ad p. 56, 17* Si vero perseveraverit *etc.* 16 fundo vero *h*: si in fundo (ī *b*) *bl.* in causa posito et *h*: inconposito est *l.* 17 erit *l*, sunt *h.* nam freq. *etc. haec absunt in b usque ad v. 17 p. 56.* 19 inspecte (*sic*) *lh.*

esse dicatur. (22.) universa vero vulva in fervura posita universa etiam partium eius praedicta signa occurrunt, et omnium vicinarum partium consensus efficitur, ipsius etiam ventris cutis plus in tumore tenditur. sed aliquando contingit ut matrice causam non habente, sola ipsa cutis patiatur. quam rem separare nolui, siquidem una diligentia utraeque res curentur.

secundum naturam est quotiens in capite fertur, ita ut in orificio matricis directum caput eius inveniatur, manibus scilicet lateribus iunctis. proximum vero bono schemati est [nascentium infantium] quotiens in pedibus descendit iunctis et in orificio matricis positis, manibus scilicet lateribus porrectis. sed ex duobus schematibus melius est qui in capite descendit. cum enim labi coeperit nullus metus est [ne manus ibi separatae remaneant cum infantem adducere coeperis.]

h: *om. bl.* 1 aliquando — conatur *bh*: aliquando genua ostendat (*sic*) *l.* ingenua *h.* conetur *b.* 2 ut — duplicatur *om. l.* sedens *b.* naticas foris *b*, nati casfo'ros *h.* 5—7 *om. l, qui sic*: aliud indivixum iacens *l.* 5 in dive(i *l*)-xum *lh*: in divisas *b.* 6 etiam duplicatus *h*, ergo conduplicatus *b.* 11 est . . . fertur: sunt . . . feruntur *bh* (*l*). *post* feruntur *haec infert l*: Ita ut cetera pars infantis in dextro latere mulieres inheserit. inmissa obsetrix manu sua eum componat. (*deinde* ut in orificiū matricis directus *etc.*). 12 ut *om. b*, in *om. h.* inveniatur *h*: *om. b.* 13 lateribus et femoribus *add. h.* proximus ē. nascenciū infanciū *b*, proximum vero bono scemati est *h* — *utrumque coniungit l sic*: proximius in bono scemate est nascentiū infantium. 15 descendit (-dens *l*) iunctis *lh*: iunctis descendit *b.* 16 *post* porrectis *haec habent bl*: numquam eos obsetrix adducat sed cum descendere coeperit inmissam unam et teneat (*sic b*, inmissa manu sua eius manus teneat *l*) et ipsas adducat ne manus aperiat et ibi eas remaneant (*b*, eas demittat *l*). *deinde* sed ex duobus *etc.* sed et *b*, sed ex *l*, et ex *h.* 17 qui *bl*: quod *h.* labi foras *h.* 18 est *bl*: remanet *h, qui solus*

6. (57.) Quomodo dicunt de extrinsecus venientibus causis difficultatem partus emergere?

frequentius enim aut frigore nimio aeris aut paulo plus calido, aut certe cum ea quae parturientibus sunt necessaria, non sunt.

7. (56.) Quomodo dicunt per folliculum inpediri partum?

cum tardius a fundo matricis resolvitur aut certe ita solidus est ut difficillime rumpatur, aut econtra ita tenuis ut ante tempus partus solutus sit et ante humorem illum effundat qui propter lapsum infantis a natura praeparatus est.

8. Quomodo dicunt per eum modum qui ex omnibus causis miscetur partum inpediri? . . .

(55.) eo quod languidus et lassus est infans et ideo non adiuvat parturientis conatus, vel certe mortuus est, aut breve caput habet et exinde orificium matricis extendere non potest nec ab obstetrice facile conprehendi.

et haec sunt causae quas Muscion et ceteri auctores voluerunt facere difficultatis partus. Soranus vero noster alias suggerit causas. vult enim adfirmare aut de strictura inpediri partum aut constrictis et siccatis partibus ipsis de fluxu abundantiae humoris vel fluxu sanguinis consumptis viribus parturientis, vel illis rebus quibus orificium ma-

hic addit quae seq. 6 *cf. Aetius 16, 22 p. 966 v. 57 (ed. Lugd. 1549), Paulus 3, 76.* 7 f. resolvi(e *l*)tur matricis *bl.* 8 solidum (ū) *blh.* aut é contra *h*: aut certe *bl.* 9 tenue *h*, tenue(m *b*)erit *bl.* partū solutū sit *bl*: partus solvatur *h.* 12 per *om. b.* 13 *hic lacuna videtur latere.* 14 Eo quod *bl*: si *h. redeunt haec (v. 14—17) ad qu. 3 nec faciunt ad qu. propositam. quae et ipsa non extat in graecis.* ideo *bl*: inde *h.* 16 et exinde *l*: et inde *bh.* matricis *h*: *om. bl.* potest *bl*: possit *h.* apprehendi *h.* 18 et — causae *lh*: *om. b.* hęc *l*: hé *h.* muscion *h*: ego mustio *b*, ego muscion *l.* auctores *bl*: *om. h.* 19 difficultatis: -te (-tē *bh*) *l.* Suranus *b.* noster *h*: *om. bl.* 20 de strictura *bl*: stricturam *h.* 21 aut *bl*: *om. h.* de *bl*: aut *h.* 22 humoris *bl*: sudoris *h.*

tricis concludi solet, sicut cicatricibus vel clavulis vel collectionibus vel haemorroidis et his pluribus similibus, vel etiam morte infantis vel in divexum contra naturam posito, vel numerositate partium ut tres manus vel pedes habeat, vel ipsi infantes quattuor vel quinque sint.

(XVIII) (59)

9. (59.) Qua ergo diligentia obstetricandae sunt illae quae tarde et cum difficultate pariunt?

sunt aliquae quae de strictura et angustia, siccitate etiam et fervore inpediuntur, sive a nimio frigore hoc patiuntur sive duritia corporis infantis sive matricis brevitate, cum temporaneum conceptum receperit, sive pinguedine corporis, sive metu vel iracundia parturientis, vel colli matricis curvedine vel tortione. haec omnia supra scripta calastica diligentia relaxari solent.

10. Quae boethemata adhibere debemus eis quae difficile pariunt?

primo enim frequentius oleo dulce et calido encymatizandae sunt, vel sucos seminis lini et faeni graeci, malvarum etiam decoctarum, aliquando etiam ova cruda illic admiscemus. sic enim effici potest ut et strictura

1 concludi *lh*: clusi *b*. cauculis *b*, claulis *l*, clausis *h*. 2 emorroidis *lh*, -das *b*. pluribus *lh*: plurimum *b*. similibus *h*: simillimis *bl*. 5 ipsi *h*: ipse *b*, ipsis *l*. quattuor vel quinque sint *l*: IIII^{or} vel V aut XII sint *b*, IIII^{or} vel V^{e} conceptę sint *h*. 7 ergo *om. h*. 9 Sunt aliquas quę (q̄; *b*) *bl*: si aliqua *h*. de *bl*: *om. h*. congustias *bl*, c̄gusta *h*. 10 sive animū (sive nimiū *l*) frigus hoc patiuntur *bl*: sive hoc nimium frigus attulit *h*. 11 brevitas *blh*. 12 temporanum *blh*. 13 ira *h*. 14 curbidine *bl*. pati(a *b*)tur *add. bl post* tortione. supra scripta (ſſā *b*): supradicta *lh*. 16 Quae — pariunt *h*: *om. bl*. boetemata adhibeatur *h*. 18 oleū (-o *l*) dulce calido enci(incy *l*)matizandus est *bl*: oleum dulce et calidum encatismatizandum est *h*. 19 sucus *b*, suco *l*, sucum *h*. feno (-i *l*, -u *h*) greci *b*. 20 ovis crudis illuc admixtis *h*.

relaxetur omnesque angustiae spatium accipiant ut infans qui ad exitum inpeditur praeparato lapsu facillime exire possit. nam propterea etiam de pollinibus ex melle cataplasmamus, omnem scilicet vicinitatem supra pectinem et renes, encathismate etiam utimur vel spongiis in eadem aqua intinctis vaporamus et sacellis calidis easdem partes contegimus. nam aliquando et levi motù vehiculis eas gestare permittimus, siquidem hac gestatione corporis frequentius pecus exire solet. nam hac intentione etiam antiqui eas exercitius agitabant, ita ut ad superiorem partem lecti eas ligarent et inferiores partes sublevarent et dimitterent atque conliderent. alii vero ad scalas eas ligabant et sic pendere iubebant, alii autem infinitum deambulare ⟨aut⟩ exsilire cogebant, alii scalas ascendere et descendere. alii autem manibus sub ascellas missis a terra sublevabant et diutius exagitabant. sed haec omnia nos reprobamus. praedictis enim rebus graviter quassata matrix in graviorem fervorem incidere solet. idcirco utendum est praedictis omnibus vaporationibus. et metuentem quidem hortari debemus securamque facere quod non periclitetur, eam vero quae numquam peperit et dolores nescit, docere, ut cum dolores occurrerint, spiritu retento ad in-

1 angustiae *b*: congustie *l*, -tę *h*. spatium *lh*: spatiosum *b*. 2 qui ad exitum *h*: quae exitū *b*, qui exitū *l*. 3 etiam *h*: *om. bl* (*fort.* praeterea). 5 encatismata *bl*. vel spongiis *h*: & expungiis *b*, & spongiis *l*. 7 ve(h *l*)iculis *bl*, vehiculi *h*. 8 gestari *l* (-re *bh*). hac *l*, hanc (gestationē) *h*: a *b*. corporis — (9) etiam *om. h*. 10 exercicius eas ag. *h*. exagitabant *l*. 11 et (inf.) — dimitterent *om. h*. 12 atque conliderent *h*: quę conliderint *l*, q̄; concluderent *b*. scalas *lh*: scapulas *b* (*item v. 14*). 13 infinitum: *sic blh*. 14 aut *addidi*. exsilire: et silere *bl*, etsilire *h*. scalas eciam a. *h*. et descendere *h* (*Sor. 279, 16*): *om. bl*. 15 manibus...missis *lh*: manus...missas *b*. ascellas *b*: ascellis *lh*. 16 diucius exagitabant *h*: dimittebant (*ut v. 12*) *bl*. Sed *lh*: *om. b*. 17 probamus *l*. 18 inci(e *l*)dere *bl*: ire *h*. 20 securamque *lh*: securam *b*. quod *h*: ut (ὡς) *bl*. 22 docere *h*: docere eam debet *bl*. occurrent *l*. retentu

feriores partes gemitus omnes inpellat. submalefientes autem doloribus resumimus pane ferventi vel tosto, cucumere, pepone. etiam polentae madentis glebam transglutiat. si vero ex antecedente aegritudine lassa ad partum venerit, occurrente laxamento simplici cibo resumimus. pinguissimam autem mulierem in lecto in genua et ad dentes collocamus ut pinguedine qua matrix premitur liberetur. orificium vero ipsum matricis digito oleo vel ceroto intincto circumducimus et latenter aperimus, et si tortus fuerit infans corrigimus, si quod vero inpedimentum ibi invenerimus, chirurgia tollimus. si vero lapis in collo vesicae positus urinam deneget, eum retro in vesica de cathetere inpellimus et sic urinam solvimus, vel iniectione clysteris stercora de longaone deducimus. folliculum vero non ruptum ante digito inpresso formantes locum flebotomo sollicite dividimus, omnibusque praedictis post encymatismis utimur. haec est ergo prima diligentia quae difficultatem partus maturare potest.

11. (60.) Si autem contra naturam positus inventus fuerit infans, quid obstetrix facere debet?

utique ut prius eum secundum naturam conponat, scilicet parturientem conpetenter in lectulo collocans ita

(*sic*) *bl*: retinendo *h*. 2 doloribus *bh*: odoribus *l*. resumimus *b*: resumamus *lh*. tostato *h*. 3 pepone *h*: p̄(pre)-pone *b*, peponere *l*. etiam polenta et comedenti glebam transgluciat *b*, etiam pulenta et metenti gliuā transgluttiat *l*: eciam polla et madentis gleba *h*. 5 occ. ęciam l. *h*. 8 oleo vel aceroto tincto *h*: oleo ceroto intincto *b* (*l*). 9 et l. aperimus *bl*: *om*. *h*. 10 tortus *bl*: curvus *h*. 11 chirurgýa *h*, cirorgia *bl*. 12 positus *lh*: *om*. *b*. de cathetera *h*: *om*. *bl*. 13 repellimus *h*. solvimus *bl*: tollimus *h*. 14 clysteris *lh*: clisteriis *b*. 15 formante *bl* (-tes *h*). fleo(fleuo *l*)tomo *bl*: flebothomo *h* (*κατιάδι sic Sor. 281, 8*). 16 post *b*: post haec *l et* (*ante* praedictis) *h*. encymatismis *l*: encatismatis *bh*. 17 est (.ē.) *om*. *lh*. 20 quid *lh*: hi (*sic*) *b*. 21 eum *bh*: cū *l*. inponat *b*. 22 scilicet *bh*: similiter *l*. collocans *b*: conlocet *l*, collocanda sit *h*.

ut altum caput habeat et paululum durius sit stratum. [et si in priore parte ab orificio matricis pecus infixum est, supinam collocare, in genua etiam et ad dentes, si retro ab orificio matricis infans est. si vero in latere dextro est, in sinistrum latus collocare, si in sinistro, in latus adversum. si vero haec schemata infantem corrigere non possunt, tunc diligenter unguibus incisis et oleo inlinitis et in unum conductis digitis sinistram manum in orificio vulvae mittere debebit, illo scilicet tempore quo se matrix naturaliter aperit, et adprehenso pecude ad conpetentem locum corrigere. si vero valde infixum est, prius a loco inportuno evellere et sic retrorsus revocatum ad orificium matricis corrigere.

Sed antequam schemata illa ponimus quae contra naturam sunt, melius faciemus si ea quae sunt exoptabilia et secundum naturam, ipsa primo ponamus.

12. hic est secundum naturam primus et melior ab omnibus partus. et quidem cum labi coeperit, nullus metus subest ne manus extendat et ibi remaneat.

(sequitur figura
I. PARTVS)

13. et hic secundum naturam est, sed secundus partus. itaque cum occurrere coeperit, sollicita debet esse ob-

1 altum habeat caput *h*: altū ad caput(d *l*) habeat *bl*. et paululū durius sit. CLII Quociens manum mittit... *b*, et paululū ipse stratus durius sit. CL Si autem manū foris miserit *l*, et paulo durius sit stratu. et si in priorem partem *etc. usque ad p. 85, 6 quae solus habet h* (*cf. Sor. 281, 11 — 282, 15*). 2 priorem partem *h*. infixum: influxu *h*. 5 si in sinistrum. in latere adverso *h*. 8 sinistre manus orificio *h*. 11 prius eum a... *et mox* matricis eum corrigere *h*. 16 ꝑısa *h*. 17 *abhinc duobus columnis scribitur h ut scilicet ad formas partuum XV depictas (f. 17ᵃ — 19ᵇ) textus verba adscripta commodius legantur. cet. formae extant nullae in bl.* 18 & qdē *h* (*sed & incertum est*: si quidem *voluit Wolf*). 18 *sqq. cf. supra p. 79, 17.* 21 *cf. ad p. 79, 16.*

stetrix ut cum ad manus pervenerit, teneat illas et sic adducat eum.

(II. PARTVS)

14. Si in divexum iacet, quid faciendum est?

inmissa manu obstetrix eum conponat, et si caput proximum invenit, ipsum teneat, si pedes ipsius, et adducat.]

(III. PARTVS)

15. Quotiens manum mittit, obstetrix quid facere debet?

principaliter iubetur ut numquam eum obstetrix teneat et conetur adducere. plus enim reclinato intus capite orificium matricis obturatur. nam ipso conatu exarticulare manum infantis poterit et amittere, ut cum de utero evaserit, culpa obstetricis vitiosus efficiatur. melius ergo faciet si humero eius infixis digitis eum retrorsum revocet et intra capacitatem vulvae positum ita conponat ut manus eius erectas lateribus ipsius iungat et adprehenso capite in foris trahere conari incipiat.

(IIII. PARTVS)

16. Si ambas manus eius foras invenerit, quid facere debet?

duobus humeris eius manum suam ex utraque infigens,

5 proximus *h*. 7 emittit *h* (Si autem manū foris miserit *l*). obsetrix *bl*: *om. h*. quid fieri debeatur *l*, quid est faciendum *h*. 10 conetur adducere *l*: conetur (*sol.*) *b*, adducat *h*. 11 obduratur *b*. exartic(u *h*)lare *bh*: exarmorare *l*. 12 et amittere *h*: admittere *b*, amittere *l* (*uterque om.* et). 13 Melius ergo facit et *bh*: Iubemus *l*. 14 humero *h*: humore *b*, in utero *l*. 15 intra — ita *om. l*. ut *h*: *om. bl*. manibus e. erectis *b*, manus e. erectis *l*. 16 ipsius *l*: ipsis *b*, *om. h*. 17 in foris *b*, foris *l*, iusum *ante corr. h* (*sed* in⟨foras⟩ h^c). trahere *b*: *om. h*, adducere *l*. 18 facit *h*, facere debeat *b* (*et add.* obsetrix) *l*. 20 ex utraque *bh*: ex utraque parte *l*.

retrorsum eum revocet et sicut superius dixi manibus conpositis et adprehenso capite paulatim et leniter eum foris adducat.

sed si brevissimum caput habeat et ambas manus foras eiecerit, oportet obstetricem prius missa manu sua caput infantis ad orificium corrigere et conprehensis manibus infantis conari. nam si brevitas capitis orificium vulvae non obturat, inde eiciendus est per quam priores manus exierint.

(V. PARTVS) (VI. PARTVS)

17. Si in pedibus descendens in aliquam partem vulvae relicum corpus inclinaverit, quid facere debemus?

sicuti retrorsus dixi, obstetrix missa manu sua eum conponat et sic adducat foris.

(VII. PARTVS)

18. Et si unum pedem foris eiecerit?

iubemus ut numquam eum obstetrix teneat et conetur adducere, ne reliquo corpore infantis plus cludatur. sed prius infixis digitis ad inguina infantis susum eum revocet et post inmissa manu sua pedem alterum corrigat et si fieri potest manus eius lateribus iungat, et adprehensis pedibus foris adducere conetur.

1 manibus lateribus compositis *l* (*non bh*). 2 et *om. b.* l. foras eum add. *h.* leviter *blh.* 4 Sed *h*: Et *bl.* foris *l*, *om. h.* 5 oportet obs.: *sic blh.* 6 infantis (*hic*) *om. h.* corrigere — orificium *om. l.* corrigat . . . conponat *b.* 7 infantis conari *h*: infantis lateribus eius conponat et sic conari iubeat *b* (*male. cf. Sor. 283, 10*). nam si brevitas caput (*sic*) *b*: brevitas enim capitis *h.* 8 obturat *h*: adiuvat *bl.* inde — exierint (-runt *l*) *bl*: sed facillime omne corpus infantis exire potest quare priores manus exierint *h.* p̱ quā: *sic bl.* 10 aliqua (ā *b*) parte (ē *b*) *l.* 12 missa *bh*: inmissa *l.* 13 et sic add. foris *bl*: *om. h.* 14 et *l*: *om. bh.* foras habuerit *h.* 16 adducere *l*: *om. bh.* plus nutrix (matrix *corr. Wolf*) cludatur *h.* 17 susum *bh*: sursum *l.* 18 post *om. h.* 19 lateribus: alteribus *l.* 20 foris

(VIII. PARTVS)

19. Si ambos pedes foris eiecerit et manus super caput contortas habuerit, quid faciemus?

duabus manibus suis obstetrix inguinibus infixis, in susum eum repellat et conpositum sicut dixi foras eiciat.

(VIIII. PARTVS)

20. Si divisis pedibus duabus partibus vulvae plantas infigat?

inmissa manu sua obstetrix eos iungat et ad orificium matricis conponat et sic eos foris adducat.

(X. PARTVS)

21. Si genua ostenderit et sic exire conatus fuerit, quid faciemus?

retrorsus repellendus est et correctis pedibus sic adducendus est foris.

(XI. PARTVS)

22. [Si vero in naticas sedet?

obstetrix manum infigat et retro infantem repellat et correctis manibus ac pedibus adducat.]

(XII. PARTVS)

l: foras (*hic*) *bh*. 1 Si vero a. *h*. foras *h*. et manus — habuerit *l* (*Sor. 284, 4*): *om. bh*. 3 ingenibus *b* (*non lh*). insusum *b*: susum *h*, insursum *l*. 4 foras eiciat (eum *add. b*) *bh*: foris eum adducat *l*. 6 quid faciemus *add. h*. 8 et — adducat *bl*: *om. h*. *hoc loco solus l addit haec*: CLVII Si caput transversum aut tortum habeat. inmissa manu obsetrix corrigat. et ad humeris comprehensum infantem leviter trahat inforis. ne matrix ipsa quassetur (*quae desunt in graecis*). *cf. schema XI ap. Euch. Rhod.* 9 si g. hoc ostenderit (*sic*) *h*. 11 repellatur *l*. sic: eius sic *l*. 13—15 *solus praebet h* (= *Sor. 284, 10*): *om. bl*.

23. Si duplicatus fuerit, quid faciemus?

volo duobus modis pecus in vulva duplicari. [quotiens enim naticas eius in orificio vulvae invenimus, ex inferiori parte fiet duplicatio. quotiens autem caput et plantae in orificio inveniuntur, ex superioribus facta est duplicatio. et potest obstetrix ita corrigere ut plantis in susum revocatis et pedibus correctis caput hic teneat et sic infantem foras adducat.]

(XIII. PARTVS)

24. Si in divexum iacet, quid facere oportet?

si supinus vel ad dentes est, leniter inmissis digitis in latus eum convertat, ut accepto spatio manum suam obstetrix mittere possit, ut eum facillime in integro schemate conponat et quascumque partes proximas ad orificium habuerit, ipsas teneat et sic adducat. ita tamen ut maxime caput infantis quaerat et ipsum teneat. si quidem

1 Quociens si d. f. *h*. 2 Scias volo d. m. *h*. duplicari... (8) adducat *h*: displicari | et conpositum sicut dixi superius adprehenso capite foris adducat (adduci *l*). CLXI (CLX *l*) Si naticas eius in orificium vulvae invenimus (-nerimus *l*) quid faciemus vel inde (unde *l*) fit (ipsa *add. l*) duplicatio scias quidem ex superioribus facta esse duplicatio (dupl. Ex sup. quidem partibus f. e. dublicatio ipsa *l*) sed inmissa manu (-us obsetrix *add. l*) retrorsum infantem repellat (retr. eum revocet *l*) et plantis in orificium correctis (eum ad se *add. l*) adducat *b l* (*haec ut vacuis inter formas depictas spatiis inscripta et disiecta sic nunc prostant mutilata in b l, artificiose ut videtur restituta in h*). *solus deinde l addit*: CLXI Si planta et caput in unum habeat iunctas. iubemus ut simili modo pecus in vulva displicari. et conpositum sicut dixi superius adprehenso capite foris adducatur (*sic iterum ut supra v. 2*). *confusa haec omnia quae non expedias* (*diff. Sor. p. 285, 3—8*).

9 Si in divisū iacet. vel si supinus. aut in dentis q. f. op. *l*. *hanc qu. 24 post 25 habet h, om. b.* 10 leniter (πρᾴως): leviter *l h* (obsetrix i. d. *add. l*). 12 integro scemate *l* (*addidi* in): ad integrum scema *h*. 13 quęcumque *l*. proximiores orificio h. *h*. 14 ipsas *l*: easdem *h*. sic *om. h*. ut (max.) *l*: vel h.

ab omnibus melior descensus per caput invenitur. sed si pedes fuerint proximiores, ipsos adprehendat et sic adducere conetur.

(XIIII. PARTVS)

25. Et si plures ab uno fuerint, tres vel quattuor, ut aliquando solet evenire, et simul omnes se ad orificium contulerint ut in unum pariter exire conentur, quid faciemus?

sicut superius frequenter dixi, inmissa manu sua obstetrix omnes in sinum vulvae repellat, et sic singillatim eiciendi sunt.

(XV. PARTVS)

haec autem omnia leniter et sine quassatione ab obstetrice facienda sunt, ita ut frequentius oleüm calidum et praedictos sucos faeni graeci et lini seminis et malvae coctae locis ipsis infundat. hac enim diligentia lapsus infantibus praeparatur ut sani evadere possint et quae parit sine vexatione servetur. plurimos enim infantes post difficillimum partum evasisse cognovimus et vivere videmus.

1 ab omnibus discensus p. c. melius i. *l*. 2 vel ipsos teneat. et sic adducat *h*. 4 pl. ab uno fuerint *lh*: pl. habuerint *b*. tres vel quattuor *bl*: si duo aut tres vel IIII.[or] sunt *h*. 5 ut (aut *b*) — evenire (ut XII sunt *sic add.*) *b*: *om. lh*. omnes *om. h*. 6 ut — conentur (-netur *b*) *bl*: *om. h*. in unū *l*, unum *b*. 8 s. s. dixi frequenter *b*, s. s. frequenter diximus *l*, sicuti frequencius dixi *h*. inmissa — obsetrix *om. h* (*ubi sic* in sinum vulvę omnes repellendis. et s. s. eiciendi). 10 (sunt) omnes *add. l*. 13 feno (*b*, -i *l*, -u *h*) greci. 14 et lapsus infantibus *h*, lapsum exitū infantis *b*, lapsu exitū infanti *l*. 16 sine vex. et sine quassatione s. *h*. plurimos (plures *h*) enim infantes *lh*: *om. b*. 18 videmus *bl*: vidimus *h*.

(65) (XVIIII)

De embryulcia mittenda.

26. (61.) Si qui nullo modo manibus adduci possunt et aut magnitudine corporis sui resistunt aut morte aut ingenti strictura artati sunt, ut in totum evelli non possint, quid facere oportet?

embryulciam adhibere, vel embryotomiam. si quidem etiam pecus mortuum est, debemus miserae mulieri parturienti subvenire, ante tamen omnibus praedictis periculis, maxime cum et periculosa iuxta eam symptomata inveniantur.

26 a. Quae sunt enim periculosa symptomata?

quae nos terrere possunt ut periculum praedicamus, si febres sint maxime acutae nervositasque omnis patiatur talisque fervor praecedat ut et gangraena ibi efficiatur et plurimum sudet, pulsus etiam minutus sit aut in totum non appareat et deliratio subsequatur.

27. Quomodo ergo embryulciam mittere debemus?

in duro scilicet strato supinam eam iactans quae la-

1 *sine tit. bh*, CLXIIII De embriulcia mittenda *l*. 3 Sequi *b*: Sed qui *l*, Sunt qui *h*. 4 aut (*ante* morte) *om. bl* (*non h*). 5 intenti *h*. artati *h*: armati *bl*. in totum *h*, in toto *b*, ex tutu *l*. 7 adhiberi *bl*. embriotomen *b*, -somin (*sic*) *l*. 8 etiam *bl*: iam *h*. mortuus *bl*, emortuum *h*. et debemus *h*. 9 ante — periculis (-os *b*) *bl*: *om. h*. maxime cum si et periculosa iuxta eam simptomata inveniantur. que sunt enim periculosa simptomata que nos terrere possunt ut... *h*: maxime cum sint periculosa (pericula *l*) sintque nos t. possunt ut... *bl* (*qui novam omittunt quaestionem*). 10 sintomata *bl*. 12 predicamus *h*: predici(e *l*)mus *bl*. 14 sint: *om. b et* (*ubi* Si vero febris) *l*, insunt *h*. m. acutas *b*, maxima et acuta *l*, vel maxime acutę *h*. que (*ante* omnis) *om. bl*. 15 fervor *h*: febre(i *l*)s *bl*. et cang(c *h*)rena *bh*: tangrena *l*. et *b*: ut *l*, *om. h*. 17 deliracio subsequatur (*om.* et) *h*: *om. bl*. 18 mittere debemus *bl*: facere debes *h*. 19 In aliquantum duro (*om.* scilicet) *h*. iactantes *blh*.

borat, et curvatis illic pedibus eius et patefactis spondis lecti pedes eius infiges, scapulas eius a ministris constringi facies vel de fascia a capite lecti eam ligabis ut non se girare possit. et qui facturus est a contra sedere debet paulo inferius, et adprehensa curvedine embryulci et tepefacta intra digitos abscondere, quibus perunctis et in unum conductis cum eadem curvedine embryulci in orificium matricis manum sinistram intus inicere et pertemptare et quaerere in quem locum eum aptiorem infigat. (62.) si enim in capite descendens partus invenitur, aptiores oculi et occipitium et os, si vero in latus, iugulis aut inter costas melius infigi potest. si per pedes descendens, supra pectinem. vel si ex praedictis locis nullus inveniri poterit, ubicumque vulnerato aut fixo loco embryulcum infigat, et eiecta manu foris embryulcum ministro tradat. eodem modo etiam alterum inmissum alia parte infigat, quem et ipsum ministro tradat. ita tamen aequaliter infixi esse debent ut cum conari coeperit aequaliter adducere possit. deinde ministro iubebit

1 curb(v *h*)atis *bh*: curabat (... infigi) *l*. eius *lh*: *om.* *b*. spondis *h*: inispondis *b*, inexpondis *l*. 2 infigis *b*, infixis (*ut infra* ...ligatis) *h*. scabulas *b*, exscapulas *l*. constringi facies *om. h*. 3 ad capite l. *bl*: ad reclinatorium (*τῷ κλινιδίῳ Sor. 287, 5*) *h*! eā ligabis *b*: colicabis *l*. ut — possit *bl*: *om. h*. 4 et qui *bl*: hisque *h*. in contra pollo (paulo *h*[c]) inferius s. debebit *h*. 5 (*et* 7) curbidine embriulci *b*. et — (7) embriulci *om. l*. 8 p̄(pre)temtare *b*. 10 descendens partus invenitur, aptiores: descendens partes abtiores inveniuntur *b*, d. aptiores partes inv. *l*, partus descendebat apciores inv. *h*. 11 *post* os *add. bl* infrigis autem in eos embriulcia *b*, infigis eos embriulcos *l*. est (*post* latus) *add. blh*. pecus (*ante* in) *add. h*. 12 melius *bl*: *om. h*. potest *bh*: possunt *l*. 13 *post* descendens (-debat *h*) *add.* inveneris eum *b*, inventus fuerit *l*. (embriulci ipsi *l*) bene infiguntur *add. blh* (*post* pectinem). nullum (-us *lh*) inveniri (-re *lh*) poterit (potuerit *l*) *b*. 14 aut (ut *b*) fixo *bl*: *om. h*. 15 infigat *h*: -ges *bl*. foras *h*. 17 alii parti *l*, alie parti *h*. 18 debebunt *b* (*non lh*). 19 iubebit ut *l*: iuberi *b*, -re *h*.

ut leviter conari incipiat, ita ut cum matricem viderit ad inferiorem partem descendere, tunc et ipse conetur, quotiens vero matrix in sursum ascenderit, non conetur adducere. ipse vero medicus digitum ceroto unctum orificio matricis circumagat et eam aperiat, ut et stricturam solvat et quicquid ibi corrigendum est corrigat, frequentius tamen oleo calido et sucis loca ipsa inrigans. cum vero conpetenter infans secutus in aliquantum foris exierit, superioribus partibus iterum embryulcos infigat, et hoc tam diu faciat quam diu omne corpus infantis foris eiciat. (63.) si autem partes illae infantis quae foris emissae sunt nec embryulcos admittere possint nec relicum corpus foris exire permittant, aut certe si aliqua pars infantis multum grandis sit, aut ipsum pecus mortuum sit ut nec se girare nec exire possit, ad embryotomiam necessitate ipsa veniendum est, ut per partes concisum corpus infantis sic auferatur.

28. Quomodo probamus mortuum esse infantem?

ex eo quod frigidus ei fiet venter nec ipsum pecus se movet nec pulsum habet in utero.

29. Quomodo infantem mortuum concidere debemus?

principaliter partes quae foris sunt si revocari intus nullo modo potuerint, ipsae priores praecidendae sunt, scilicet in articulis ubi et facillime solvi possunt, et post praecisuram levitas ossorum remanet. quibus praecisis, ut

1 ad inf. p. *bh*: conatibus de inferiore parte *l*. 3 in sursum *bl*: insusum *h*. adducere *om. h*. 5 eam: eum *blh*. et s. solvat *h*: extrictura (*l*, et strictura *b*) solvatur *bl*. 6 olei calidi *bl*. 7 suc̄ *b*, sucidis *l*. 8. 10. 11. 21 foras *h*. 9 infigat *bh*: inpingat *l*. faciat quam diu *om. l*. 11 ille *lh*: alie *b*. 12 possunt *bh*. 13 permittat *l*, non permittat *b*. aut *bh*: et *l*. multe gradissit *b*, multum grandisit *h*, multum grande sint *l*. 14 aut nec regirare *b*, ut nec girare *l*, ut nec se agitari *h*. 17 probamus *bl*: enim apprehendimus *h*. esse *h*: *om. bl*. 18 ei fiet *l*, efficiet *b*: est *h*. nec ipse (*sic*) pecus se movet *bl*: et non movetur *h*. 19 in utero *bl*: *om. h*. 20 inf. mortuum *bl*: pecus *h*. 23 possint *b*. 24 levitas (*λεῖα γὰρ τὰ ὀστᾶ Sor. 293, 6*): lenitas *blh*.

superius dixi embryulci mittendi sunt, ut possit relicum corpus adduci. si vero non potuerit totum exire, vel in quantum exit, sic praecidendum est ut paulatim omne corpus adduci ⟨possit⟩. quod si nec girari possit nec embryulcis adduci, quaerendum est ne forte hydrocefalus sit hoc est aquam inter cutem capitis habeat, et ipsum caput prius pungendum est in occipitio, ut effuso humore vastitas capitis deminuetur. si autem natura grande est ipsum caput manu confrangendum est. mollitia enim adhuc ossorum facile cedere potest. si non, etiam ferramento occipitio aperiendum est caput, ut effuso cerebro breviari caput possit. si autem in divexum iacens humeros lateribus vulvae infixerit et adhuc vivit, etiam iugulis eius ferramentum infigere debemus, ut effuso abundanti sanguine corpus tenuari possit. nam hac ratione etiam ventrem ipsius aperimus, ne aut hydropicus sit sed ut humorem effundat, aut intestina eius foris adducere possimus. manus etiam ac pedes, sicut retrorsus dixi, intus ab articulis praecidimus. (64.) [si vero gravedine sua caput interiori parte vulvae absconsum est, a gutture praecisum corpus dextra manu adducimus. sinistra vero caput hoc ad orificium volvimus, et aut confrangimus si grande fuerit et sic tollimus, aut embryulcis infixis adducimus.]

1 superius *om. b.* 2 si vero — 4 adduci *om. l.* Quod si non p. *h.* totum exire *om. h.* in quantum *b*: quomodo *h.* 3 sic etiam precidi potest paulatim adducti omne concidi *h.* 4 si *om. l.* neque regirari *h.* 6 int̄ cute *b* (in cutes *h*): intracete (*sic*) *l.* ipsud *b.* 8 deminuet *bl*: subcumbat *h.* 9 confrangendum (*sic*) *blh.* 10 facile cedere *bl*: facile celeriter exire *h.* 11 est. sic enim e. c....potest *h.* 13 infixerit *h*: infans erit *b*, (in l. v.) infans habuerit *l.* vivit *bh*: vivat *l.* 14 effigere *b.* 16 ipsius *lh*: ipsum *b.* ne aut ydro | possit *h*, ne aut ydrops sit *b*, ne ydros sit *l.* sed *om. h.* 17 aut *h*: et *bl.* 18 possumus *blh.* 19 si vero — 24 adducimus *h*: *om. bl.* Si vero sinagmandine sua c. (*sic*) *h.* 22 volumus *h.*

si vero duplicatum pecus sic remanserit, quomodocumque invenimus sic praecidimus et tollimus, praecisas autem partes in tabulas conponimus et universa membra consideramus ne quid ibi remaneat et postea periculum inferat.

30. (65.) Quid obstetricem facere oportet ei quae patitur post tantem quassationem?

prius quidem praedictis sucis ipsas partes cum oleo calido inrigare et paregorizare. si autem effusio sanguinis plurimi fuerit, [rebus constrictoriis bene conpetentibus] adhibere quae possint constringere et exsiccare.

(22) XX De retentione secundarum.

31. (66.) Si secundae ibi remanserint quid faciemus?

cum infans in manus obstetricis ceciderit, si adhuc ad umbilicum continetur, adprehenso panno ne ille labatur, aliae mulieri tradat obstetrix, deinde temptare debet huc atque illuc adducens, ne per ipsum umbilicum infantis secundae possint foris adduci, adiuvante conatibus suis ipsa parturiente. si vero tarditas ipsa moram habuerit,

1 quomodo possumus precidimus *h.* 2 dummodo omnes precisas partes in tabula componamus *h.* 3 in tabula (-s *b*) eas con(m *l*)ponimus *bl.* consideremus *blh.* 4 remanserit *h.* et — inferat *om. h.* postea *b*: post mulieri *l.* 5 (Post embryotomian autem *add. h*) quid obstetrix f. debet *lh.* ei q. p. *etc. bl*: utique post t. q. parcium predictis sucis et o. c. hęc omnia irrigare *h.* 8 paragorizare *blh.* 9 plurim♃ (-mum) *b*, -m' (-mus) *l*, (fluxus...) plurimus *h.* rebus — exsiccare (*sic*) *bl* (*ex dittographia, ut videtur*): rebus competentibus constringere et siccare *l.* ut bene cōp. *l.* 11 *nunc iterum* (*cf. supra I, 67. 68*) De r. s. cap̄ XX (*et seqq.*) *h* (*qui omiserat numeros* XVIII *et* XVIIII), CLXVIII de ret. sec. *l* (*c. 20—21 plane om. b*). 13 manu *h.* 14 in umbilicū *l. haec sic habet h*: Si ad umbilicum adhuc coherent alie mulieri obsetrix tradere debebit infantem substrato scil. manibus panno (*ὑπεστρωμένον ῥάκους*) ne labatur. deinde temptare hac atque illac adducens ne per... ne illi laboratur & a. m. tradatur & obsetrix t. d. locū huc atque illuc... *l.* 16 ne *h*: ut *l.* 17 secunde *om. h.* foras *h.* 18 et ipsa *h.* ipsa mora *h*, ipsam hora *l.*

praeciso umbilico separandus est infans et relicum tenendum et cum se aperit matrix adducendum, cum autem se cludit non conandum. sed si ruptus vel praecisus statim se intus abscondit, patente orificio matricis perunctam manum obstetrix mittere debet, et si iam a fundo matricis recesserunt et in se obvolutae sunt et natant, adprehensas eas tollere, si vero in fundo matricis tenentur, resolutis ibi digitis et adprehensis secundis temptare huc atque illuc adducens ne aliquid remaneat et sic persuadenter auferre. inperitae vero obstetrices cum grandi conatu ⟨in directum⟩ trahentes frequentius et ipsam matricem adducunt. sed si secundae non fuerint subsecutae et orificium se cluserit ut nec manus mitti possint, et fervor fuerit subsecutus, ibi eisdem dimissis, encymatismis et cataplasmatibus, encathismate etiam et vaporationibus utendum est. omni enim fervura relaxata, frequentius quod alienum est foris mittitur et sponte sua cadit.

1 reciso *l.* reliquiarum t. *h*, reliquū t. (*add.* umbilicū) *l.* 2 aperi (*sic*) *h*: aperuerit *l.* se cludit: recludit *h*, se recludit *l.* 3 Sed *h*: vel *l.* ruptum vel precisum (fuerit *add. h*) *lh.* 4 absconderit *h.* patente vero or. *h.* 5 debebit *h.* a (*Pal.*): *om. h,* in (fundo) *l.* 6 et insé o. s. et natant *h*: aut si natant *l.* 7 eas *l*: *om. h.* tollere debet *l.* in fundo *l*: adhuc ad fundum *h.* 8 hac atque illac (*iterum*) *h.* 9 adducens *h*: *om. l.* ne a. remaneat et sic *l*: *om. h.* persuadenter *h*: *om. l.* 10 Inperite — trahentes *l*: Ille enim que inpericia in directum conantur *h.* 12 Sed sine sic (*i. e.* nec sic) subsecutę f. *h.* aut orif. matricis statim se cl. *h.* 13 ut — possit (*sic*) *l*: *om. h.* et fervor f. s. *h*: *om. l.* 14 ibi e. d. *h*: *om. l.* 15 encatisma *l.* etiam *h*: *om. l.* vaporationibus utendum *h*: vaporatione studendū *l.* 16 est *om. l.* omnem e. ferburam relaxat *l.* 17 quod *h*: et quid *l.* foras *h.* sponte sua *l*: ea sponte *h.*

(ind. ρκθ) XXI De collectionibus quae in partibus muliebribus emergunt.

(67.) Frequentius enim ex praecedente nimio fervore aliquando in pinnaculis ipsis aliquando in sinu muliebri aliquando in orificio matricis vel intus in ipsa matrice collectiones emergunt, cum febribus iugibus et horrore. occurrent et dolores et punctiones et gravedines, et pro locis in quibus emergit collectio, nunc urina nunc stercora inpediuntur. pedes etiam cum torpore difficillime moventur. nam aliquando magnitudine collectionis tumor supra pectinem invenitur et substantia humoris tactu adprehenditur. nam et illae quae in proximis ⟨ab orificio⟩ partibus foris emergunt, digito obstetricis inveniuntur. illae vero quae in alto sunt, minus quidem doloris habent et digito adprehendi non possunt, frequentius tamen organo patefactae mulieris oculis videntur. et sudores in fronte et in cervice calidi et abundantes occurrunt.

(68.) omnes ergo collectiones quae hic in corpore emergunt ita ut in pinnaculis aut in sinu muliebri inveniantur, cum maturatae fuerint aperiendae sunt. si vero valde adtenuatae sunt circumcidantur. si soliditatem habent quae glutinare potest, simpliciter dividantur. illae vero quae in orificio matricis inveniuntur longo flebotomo pungi

1 partibus muliebribus (*ex tit. gr.*): partu mulieris *lh* (De c. in p. m. emergentibus *h*). 3 Freq. enim *l*: *om. h.* 4 ipsius *l.* 5 aliquando in o. m. v. intus *om. l.* 6 f. iugibus et dolore et punccionibus et gravedine *h*, febribus et horrore occurret (*sic*) et dolore *l.* 7 et pro l. *h*: fient in l. *l.* 8 emersit *h.* 9 corpore *lh.* 10 nam et al. *h.* magnitudinis *l.* 11 et substantia — 13 emergunt *l*: *om. h.* 12 proximis apartibus (*sic*) *l.* 14 dolores *l.* 15 et *et* non *om. h.* 16 mulieres oculi(s *h*) *sic lh.* et sudores: *sic lh* (*quibusdam, ut videtur, omissis*). 17 calidi et *om. l.* 18 hinc in corpore mergunt *l*: hic in proximo emergunt *h.* 20 mature *h.* 22 glutinari *l.* dividantur *h*: adhibentur *l.* Illa (*sic*) vero quę...pungi ⟨possunt *addidi*⟩ *l*: Potest ęciam et illa q. i. o. m. invenitur l. f. pungi *h.* 23 fleuothomo *lh.*

possunt. post apertionem vero earum exsiccato humore linteolis in pusca intinctis contegantur, omnisque sinus muliebris spongia molli et nova, pusca madefacta, bene suppletur ut linteola quae siccatura sunt adposita illuc contineantur et non cadant. sane si volueris etiam a foris alteram spongiam pusca madefactam contra sinum adponere melius facies. tertia vero die sublatis omnibus medicaminibus poteris adponere quibus vulnera curantur. si enim fervorem ibi inveneris, spongia sublata lanis in oleo dulci et calido tinctis sinum conples, foris etiam isdem lanis omnia contegis. cum vero sordidum fuerit vulnus, melle despumato et tetrafarmaco mixto bene vulnera purgas. quibus purgatis si concava fuerint resumptione corporis et cyclo bene conples, aequalia vero vulnera linteolis vino madefactis ad cicatricem rapis [et medicaminibus quae dicuntur dia cadmias vel dia ladanu vel dia molybdu molliter ad cicatricem . . .] . in collectione autem quae in orificio matricis fuit, sollicitus esse debebis ne plus caro excrescens aut ipsa cicatrix eam cludat. signa autem inductae cicatricis quod et loca ipsa sicca sunt et alba et sine dolore et nullus humor ibi invenitur.

(69.) si vero interiores partes matricis in alto collectiones habuerint ut neque digito obstetricis adprehendantur neque organo patefactae mulieris oculis videri possint et hac de causa sectiones chirurgiae non admittant, efficiendum est

2 omnique sinu muliebri... supplito (*sic*) *l.* 3 exspongia *l.* nova *h*: bona *l.* 4 subpletur *h.* ut *om. l.* siccature *l*, secuturę *h.* illuc *h*: illa (*pro* illac?) *l.* 5 et *h*: ut *l.* 6 contra sinum: contra se (śe *h*) *lh.* 8 iam poteris *l.* 9 fervorem vulneris ibi *h.* exspongia *l.* 10 hisdem *h*, eisdem *l.* 11 melle dispomato mixto *h*, mel despumato & tetrafarma commixto (*sic*) *l.* 12 purgamus *h.* 13 et cyclo: & celico *l*, et cephálico *h* (*Cant.*). 15 rapis *h*: reples *l.* et (med.) — (16) cicatricem *sic l*: *om. h.* 16 diacasmia... diamoybdine (*sic*) *l.* 17 autem *om. l.* 18 caro *h*: calore *l.* excrescens *l*: exercens *h.* 19 eum *lh.* indicte *l.* 21 nullusque *h.* inveniatur *l.* 22 collectionem *l.* 24 oculi *l.* et *om. l.* 25 sectiones (cyrurgie) *l*: *om. h.*

ut cataplasmatibus iugiter calidis et vaporationibus omnibus spongiarum et encathismatum, pessariorum etiam calasticorum et malagmatum simplicium, sicuti est dia chylon et Mnaseu, illae collectiones quae in alto sunt maturentur et rumpantur. sed si praedictarum rerum usu fervor quidem recesserit et dolor minuerit, collectio tamen non fuerit rupta, utimur cataplasmatibus illis quae de seminibus fieri solent, pollinibus hordei et ervi et cymini, ficusque decoctas et tritas et terebintinam et irin illyricam cataplasmatibus bene supermittimus. encathismata etiam ex aqua facimus in qua decocta sint laurus et puleium et marrubium et artemisia, scopa regia, centaurea et menta. adcelerare enim debemus et maturitatem et ruptionem collectionis illius, ne diutius ibi in altitudiue remaneat humor et maximam partem matricis consumat. utimur etiam pessariis quae etiam haec promittere possunt, maturare scilicet et rumpere, sicuti est quod accipit adipes anserinos et ficum diligenter tritam, singularum rerum uncias binas, resinae terebintinae ÷ I, rutae Ƶ IIII, ireos illyricae ÷ II, nitri Ƶ II, ita ut cum pessarium in lana inductum fuerit, in cyprinum vel irinum oleum intin-

2 exspongiarum *l.* etiam *h*: et *l.* 3 simplicem *l*, -cum *h.* diaquilon *l*, diachilon *h.* 4 mnaseum illę *h*: manesse | ut ille *l.* ut (*post* sunt) *add. l.* 5 et (r.) *h*: ut *l.* Sed si *h*: Sed ipse *l.* 6 q. non rec. et dolor non m. *l* (*qui om.* collectio — rupta). 8 polline ordei et herbi et cymini *l*, Pollines ordeacios addere debemus herbi ęciam et cymini *h.* 9 ficusque decocte et trite *l*, ficusque decoctum et tritum *h.* terebenti(í *h*)na *l h.* Yrinilliria *l*, in|mricā (*sic*) *h.* 10 ęciam *h*: autem *l.* 11 ex qua *l.* decoctū est *l*, -ta sit *h.* pulegium marr. (*om.* et) *h.* 12 centaureos. eciam et m. *h.* 13 & collectionem. ruptionis illius *l.* 14 remanens humor. maximam… *h.* 17 quod accipit *h*: *om. l.* 19 resina. terebintina ÷ I *l*: Resine. Terebentinę. an̄. ÷ Ƶ (*quasi diversarum specierum!*) *h.* Ruta Ƶ IIII *l*: Ruta . ʒ . III . yrin illirica ÷ II. *l*: yreos illirice. ÷ I. *h.* 20 nitrum Ƶ II. *l*: Nitrum . ʒ . II . *h.* ita ut cum . . . fuerit inductum *h*: cum vero pessarius in lanula induxerit *l.* 21 tinguatur *h.*

guatur et sic adponatur. est et aliud exercitius pessarium quod accipit butyrum, sucum ysopi, adipes anserinos et gallinacios. nam et nitrum cum uva passa exossata et ficu ad rumpendam collectionem bene facit. conpetenter etiam et melinen diaforeticum a foris bene inponimus. solent autem haec collectiones aliquando intus in ipsa vulva rumpere, ita ut humor per partes muliebres foris hoc excludatur. aliquando in intestinis rumpunt, ut humor per longaonem cum stercoribus hoc exeat, aliquando in vesica ut cum urina sanies feratur. aliquando vero ad praedictas partes collectio non rumpitur, sed ut inter illas humor emanet et hac per cutem ventris foras exitum quaerat. quotiens ergo in matrice rumpitur, per ferramentum illud quod metrenchytes dicitur universa medicamina possumus infundere. si vero ad intestina rumpit, de clystere per longaonem medicamina accipiat, si vero in vesica, per cathetera. si autem caput hoc foras collectio fecerit, cataplasmatibus maturari, scalpello autem divisa facillime curari potest.

XXII De vulneribus in matrice positis. *(ind. $\overline{\varrho\lambda\beta}$)*

(70.) Cum pecus adducitur vel conciditur matrix vul-

1 et est alius pessarius exercitius qui *l.* 3 nam *om. l.* exsossuata (*sic*) *l.* 4 ficum *lh.* bene fit *l.* 5 diaforiticum *l*, diaforeticam *h.* a foris *om. h.* inponis *h.* autem *om. h.* 8 hoc *om. l* (*qui propterea scripsit* ut humor ipse p. p.). 9 hoc *om. l* (*ubi* ut humor ille p. l.). 10 vero *h*: autem *l.* 11 colleccio non *h*: collectione *l.* ut: ubi *h*, ibi *l.* 12 humore(s *h*) manet *lh.* ut hac *l*, et hęc *h.* cutes *h.* 14 metren dicitur p quo un. *l*, metrē citū dicitur un. *h.* 16 perclistere in longaone *l.* vero *h* autem *l.* 17 per catateras accipiat *l*, per cathedra (*sic*) *h.* Si aū hęc collectio capud foris fecerit *l.* 18 maturare *l*, maturetur *h.* et sc. divisa *h.* 19 possit *l.* 21 *cap. 22 sic incipit in h*: Hęc valitud (*sic*) aut de difficili partu. aut cum pecus *h*, *qui veterem emendaverit lectionem hanc bl*: Haec valitudo aut de vulneribus in matrice positis fit. aut cum *etc.* vel conciditur *h*: *om. b*, vel cū ducitur *l.*

nerari solet, aliquando etiam et acredine medicaminum inuritur. subsecuntur autem haec signa. dolor partis illius fit ubi vulnus est positum. humor etiam fertur odore et colore varius, aliquando plurimus aliquando modicus, scilicet pro differentia vulneris. si enim in fervura fuerit vulnus, dolor quidem grandis efficitur, vel maxime si in orificio vel in collo matricis vulnus fuerit positum, fervor etiam et tensio et pulsus, humor autem modicus et sanguinolentus et faeculentus fertur. cum vero fuerit sordidum effectum, dolor quidem in aliquantum minuetur, humor autem lividus et quasi cum rasura et purulentus abundans fertur. si vero et cancerare coeperit, odor putidus ibi nascitur qui sustineri non possit. frequens etiam sanguinatio fit et sanies nigra fertur, dolor capitis et cervicis cum consensu oculorum et iugis febris et tabes corporis, ita ut illa quae relaxare possunt male accipiantur et ea quae constringunt utiliter adponantur. cum vero limpidum fuerit vulnus effectum et dolor et tumor minuetur odorque malus recedet ipsaque sanies et limpida et coagulata erit.

(71.) cum ergo coeperis his vulneribus curam adhibere, in fervura positum vulnus sic curabis sicuti habes curam matricis in fervura positae. ad sordidum autem vulnus sucum ptisanae cum abundantia mellis frequentius encolpizas, vel tetrafarmacum in oleo liliacio solutum

1 acridine *bl.* 2 dolor etiam (*corr.* enim?) p. *bl.* 3 illis *bl.* 5 pro *h*: & p̱ *b*, per *l.* enim *bl*: vero *h.* 8 ferbore (-or *lh*)... tensione (-io pulsus *l*, -io et p. *h*) pulsus *b.* 9 feculentus *blh* (ὑγρὸν...τρυγῶδες *Aet. et Paul. 3, 66*). 10 minuetur *bl*: -atur *h.* 13 frequencius *h.* 14 fiat et s. *b*, fiet et s. *l*, fiet. s. *h.* 15 et iugis febris: et inguinum. febres (acutę *add. h*) *bh*, & ingui febris *l.* 18 et tumor *h*: & humor *bl.* 19 minue(i *bh*)tur *l.* recede (*sic*) *l*, recedit *bh.* 21 ergo *bl*: vero *h.* coeperit...adhiberi *bl.* 22 sic *b et* (siccabis) *l*: ita *h.* 24 tysane *bl*, ptisane *h.* 25 vel (ἢ *Paul.*): et *blh.* t(r *b*)etro farmacum *bl.*

adponis, vel mulsam in qua decocta sunt faenum graecum et furfures et lenticula excoriata bene, et ex eadem mulsa encolpizas. si vero diutius sordidum remanserit vulnus, bene illuc mulsae et marrubium admisces. nam et ervi pollines et irin illyricam cum melle bene adponis, et a foris ex pollinibus ervi cataplasma et artofacium inponis. cum vero vulnus canceraverit, si locus hic in proximo fuerit, poterunt universa medicamina quibus ad cancra utimur bene adponi. si vero intus fuerit canceratio, difficilis et periculosa cura effecta est. non enim possumus ad locum medicamen ponere, et cum inicere coeperimus etiam sanas partes vexamus. quare oportet nos intus quidem levioribus uti medicaminibus, foris vero tepidis cataplasmatibus, et ex plurimo melle et modico oleo faenum graecum elixatum cum palmulis terere et admixto modico pane tepidum cataplasma inponere vel artofacio frequentius uti, intus autem sucos herbarum plantaginis et zenzur et uvae lupinae et intuborum, vel sucos ipsos vel admixto modico vino vel aceto sic inicere. si vero nimietas cancri excreverit, ad aptiora auxilia accedere debemus, ut in vino coria mali granati cum foliis rosae et turiones olivae et

1 adponis *bl*: *om. h.* in qua (in aqua *h*): *om. bl.* d. sunt: decoctum est *h*, decocta *bl.* lenticule *l* (-a *bh*). 2 scoriata(e *l*) *bl.* 3 encolpizas eum *b* (*non lh*). 4 illuc *bh*: illic *l.* mulsae: mulsa *bl*, ad mulsam *h.* herbu *b*, herbi *hl.* 5 hyrin illyricū *l*, irisirica *b*, yreos illirice *h.* bene *lh*: *om. b.* 6 artofa(i *h*)cium *bl.* 7 locus hic *bl*: locus ipse hic *h.* 8 poterunt: ꝓderͣ *b*, prode sunt *l*, possunt *h.* cancera *bl*, cancer *h.* 9 bene (his *add. l*) adponis *bl*, illuc bene apponi *h.* 10 (locum) ipsum *add. l.* 11 apponere *h.* coeperimus *bl*: quaerimus *h.* 12 oportet *h*: omnes *bl.* 13 medicamentis *h.* tepidū (-dis *h*) cataplasmatibus *bl.* et ex: ex *h*: & *bl.* 14 feno greco elixo *b*, fenum grecum elixatum *h*: et feni greco elixato *l.* 16 artofagiū *bl*, orificio *h.* frequentius uti. Intus *h*: *om. bl.* 19 canceris *blh.* excreverit *bh*: exercuerit *l.* 20 ad: ut ad (...debeamus) *h.* aptiora *b*: optiora *l*, potiora *h.* 21 tortiones olivae *b*, turionibus olive *lh.*

oleastri, cupressi etiam mollia et mala cydonia ibi decoquamus, et sic aut solum encolpizemus aut ipsi humori admisceamus alumen scissum vel acaciam vel lycium indicum vel ypoquistida. melius autem faciemus si ex ipso humore encathismata adhibeamus. relevata vero in aliquantum causa possumus et dia chartu cum aquata pusca inicere, vel antheram illic solvimus et omnibus utimur iniectionibus quas in dysenteria habes positas. in statuta vero conceratione — quod visu probari potest iuxta proxima loca si omnis nigredo ceciderit, si vero intus est cancer ex eo quod et dolor minuitur et fervor recessit, febres etiam si tranquillatae sunt, convertere debebis ad universa quae fervuram relaxare possunt, cibisque humanioribus uti in remissione scilicet aut febrium aut doloris.

(72.) cum vero limpidum fuerit vulnus, iam possumus et varios cibos et vinum dare et lavacro uti. universo enim resumpto corpore facile poterit et vulnus ad cicatricem pervenire. quo tempore bene utimur iniectione illa vini in quo decocta sunt folia rosae et cydonia mala vel mespila vel sorba et lenticulae aut palmulae, ita ut sicut superius dixi ex ipsis rebus encathismate utamur. in pessario vero dia moron bene adponitur aut dia cadmias vel dia ladanu oleo conpetenter soluta. quae medicamina

1 Cypressi *h*: conpressa *b*, cū pressa *l*. citonia *bl*, cidonia *h*. 2 encolpizā *b* (-zamur *lh*). ipsum humorem admisceamus *bl*, ipso humori admiscemus *h*. 3 agatia *b*. 4 vel ypoquistida *h*: vel stida (*sic*) *bl*. 5 et encatisma adh. *h*. relevata *h*: revelata *b*, revoluta *l*. 6 causa *h*: cū (*pro* cā) *bl*. 7 antherán *h*, antera *bl*. illic *bl*: illuc *h*. solvere *h*. utimur: uti *blh*. 8 dissenteria *b*, di(y *h*)sinteria *lh*. & instatuta vero *b*, & instituero *l*, statuta vero h. 9 qđ vis obprobare *b*. 11 minuit *blh*. recesserit *h*. 12 si tranquillitate *b* (*et om.* si) *h*, stranquillitate *l*. 13 humanioribus *bl*: humóribus *h*. 16 et (*ante* lav.) *om. bl*. 19 citonia *bl*. 20 et *bl*: vel *h*. aut palmulae *bl*: *om. h*. 21 encatismata utimur *bl*, encatisma utatur *h*. 22 diamaro *bl*. diacasmia *bl*. 23 dialadanum *h*: diadamnu(m *b*) *bl*. & oleo *bl* (*non h*). com(n)petenti *h* (-ter *bl*).

et foris ab umbilico in iusum necessarie inducimus. sicuti enim cataplasmatum vel is quae a foris fuerint posita altitudinem penetrabit, sic poterit et emplastrorum virtus a foris inductorum penetrare et intus posita vulnera ad cicatricem rapere.

sed quoniam cum veterata fuerint vulnera vel non conpetenter fuerint curata, cancrum in matrice facere solent, idcirco huius curam subiungimus.

XXIII De cancro matricis. (*ind.* $\overline{\rho\lambda\varsigma}$)

(73.) Cancro quidem in matrice posito aliquando sine vulnere est, aliquando cum vulnere. et ⟨si sine vulnere⟩ cum punctionibus dolor occurrit omnem vicinitatem pulsans ita ut ad renes et ad vertebra et ad umbilicum dolor perveniat. vel maxime tamen cum anhelare voluerit, tunc hi occurrunt dolores, universi autem corporis inaequalitas cum obripilatione, dolor quidem capitis et nervorum cum oculorum basibus, sudores frigidi, animi deiectio, languor, difficilis respiratio, somnus modicus et cibi fastidium. si vero etiam vulnus habuerit, humor putidus et faeculentus fertur, frequentius tamen et ad tactum duritia quaedam ibi invenitur.

1 etiam foras *h*. ad umbilicum *h* (*non bl*). iniuso (*sed* inioso *ante ips. corr.*) *b*, et iosum *h*, in seorsum *l*. sicuti *bh*: cuti *l*. 2 vel his que *blh* (*sc.* vulneribus). posita: in(m)posita *blh*. 3 penetravit *bl i. e.* -bit *h*. 4 a foras *h*. 6 quoniam cum *h*: q; ñ (quę non *l*) con(veterata) *bl*. vulnera — fuerint *om. l*. vel *om. b*. 8 subiunximus *h* (*non bl*). 10 quidem *bl*: *om. h*. aliquando — (11) est *om. l*. sine *b*: cum *h*. 11 cum *b*: sine *h*. *verba* (si sine v. *vel tale quid*) *omissa ipse addidi. cf. etiam Aet. (ap. Oribas. lat. VI p. 375).* 12 ad *ter om. b, semel* (ut renes) *l*. 13 hanelare *lh*, alenare *b*. 14 hi: haec *bl*, hęc *h*. 15 obri(e *l*)pilatione *lh*, ebripilatione *b*. 17 langor *b*. et fastidium cibi *b* (et c. f. *lh*). 18 et humor *h*. putidus *lh*: putridus *b*. 19 feculentus *blh* (*τρυγώδης Paul. 3, 67 = Aet.*). fertur. frequentius *h*: *om. bl*. adtactu *bl*: adactu *h*.

(74.) habet autem haec valitudo accessiones et dialimmata, ut quotiens in accessione est valitudo, cibus quem accipit aut corrumpatur aut in totum reiciatur, ventrem etiam solutum faciat, tussicula etiam sicca occurrat. cum vero dialimma venerit, praedicta omnia ex parte recedunt aut tranquillantur. quotiens ergo in accessione inveniuntur, rebus paregoricis curandum est, ita ut si cum abundantia humoris fuerit, stalticae res adponantur, si cum fervura calasticae. sollicite tamen haec omnia facienda sunt, si quidem ex omnibus rebus quae adponuntur cito in peius revocari consuevit. quare ergo si cum fluxu fuerit, bene oleum rosacium tepidum inicitur vel herbae calicularis aut plantaginis aut intuborum sucus, ita ut aut soli suci iniciantur aut admixto modico vino in quo decocta sunt rosae folia et melilotus et crocus. quibus etiam tritis, pro pessario adponi possunt. si vero fervor fuerit et illa signa accessionis occurrant, oleum dulce et non satis calidum iniciendnm est. pessarium autem simplex et cum modico melle adponendum. nam ovo cum palmulis in mulsa vel in dulce cocto cilium ipsis cum palmulis bene teritur, quod aliquando etiam et adipes recentes

1 di(y *h*)alemmata *blh*. 2 cibus *h*: cibū *bl*. quem *om*. *l*. 3 acceperant *h*. aut totum *bl* corrumpatur *b*: -itur *lh*. reiciatur *bh*: -citur *l*. 4 soluta *h* (-ū *bl*). occurrit *bl* (-at *h*). 5 dialemma *bl* (cura vero dialenımta levigatur *sic h*). cedunt *h*. 6 invenitur. febris paregoricus curandus est *h*. 7 paragoricis *bl*. ut *et* cum *om*. *bl*. 8 res apponantur *h*: *om*. *bl*. si cum *h*: sicut *bl*. 10 ex *bl*: *om*. *h*. 11 revocare *bl*, provocari *h*. 12 rosaci(e *b*)um *bh*, roseum *l*. calicularis: *sic blh*. 13 solis *bl*. 14 aut *h*: *om*. *bl*. in quo *h*: in aqua *b*, in qua *l*. sunt *h*: est *bl*. 15 melilotū et crocū *bl*(*h*). tritis *bl*: casti *h* (clasti h^c). 16 propessaria *b*, per pessario *l*. 17 occurrunt *b*, occurrerint *l*, fuerint *h*. satis *bl*: valde *h*. 18 simplicem *b*, -ce *l*. 19 modice *bl*. Nam ovum (...coctum) *lh*: cinamomū *b*. cum *h*: *om*. *bl*. cū mulsa *bl*. 20 dulce *blh*. cilium *h*: clivi (*sic*) *bl*. *cf*. *p*. *53*, *2*. ipsis: ipsius *blh*. 11 teritur *h*: teruntur *bl*. et (*post* etiam) *om*. *bl*.

anserinos vel gallinacios accipiat et sic adponatur. encathismate etiam et vaporationibus et cataplasmate a foris bene utimur. cum vero dialimma venerit, analeptico cyclo primo resumenda est. dehinc et paulatim latenter metasyncritica subiungenda sunt, ita tamen ut omnes excessus semper mulier fugiat, vel maxime etiam cibi. [licet enim universi excessus huic valitudini sint contrarii, vel maxime tamen cibi] indigestio, quae hanc valitudinem ad periculum adplicare consuevit. hac enim diligentia si mulier in totum curari non potuerit, vel non gravissimis doloribus torquebitur et sine tormento diutius vivere potest. multi autem cum temporibus servire non noverunt et rebus acerrimis in ipsa accessione utuntur, adseverant quod nulli medicamini haec valitudo consentit, cum inperitia eorum quicquid adpositum fuerit reprobari videatur.

(XXIIII)

Subsequebatur schema

de fistulis in matrice positis, *(ind. $\overline{\varrho\lambda\alpha}$)*

(75.) quod schema transferre nolui, siquidem obstetricibus supervacue hoc insinuabimus, cum etiam peritissimos medicos ad inspiciendum et ad curandum haec fistulae turbare possint.

1 accipit *h.* adponitur *bh* (-atur *l*). encatismata *b.* 2 vaporationes *l.* 4 utimur *h*: in(m *l*)ponimus *bl.* dialemma *bl*, dyaligma *h.* anelentico *b*, inaleptico *l*, analemptico *h.* cyclo *h*: *om. bl.* 4 metasi(y *h*)ncretica *blh.* subvenienda *b* (*non lh*). 5 oms ex|nimietas cessum (*ex gl.*) *h.* 6 etiam *b*: tamen *lh.* 6 licet — (8) cibi *h*: *om. bl.* 7 excessum (*ut antea*) *h.* 8 digestio *bl.* qui *b*: que *lh.* 9 si *bl*: etsi *h.* 10 poterit *h.* 11 torquetur *h.* tormento *om. l.* potest *h*: non possunt *bl.* 12 Multis enim temporibus servare n. n. *bl.* 13 utentur *bl.* 14 cum *h*: cui *bl.* 17 Subsequebatur *bh*: Subsequitur autem *l.* scema *blh.* 20 insinuavimus *b*: insinuamus *lh.* 21 adspiciendus et ad curandū *b*, ad inspiciendos & ad curandū *l*, ad inspiciendum et curandum *h.* haec (hęc *lh*) *blh.* turbare *b*,

(*ind.* $\overline{\rho\lambda\vartheta}$)

XXV De inmoderata landica quam Graeci yos nymfin appellant.

(76.) Turpitudinis symptoma est grandis yos nymfe. quidam vero adseverant pulpam ipsam erigi similiter ut viris et quasi usum coitus quaerere.

curabis autem eam sic. supinam iactantes pedibus clusis myzo quod foris est et amplius esse videtur, tenere oportet et scalpello praecidere, deinde conpetenti diligentia vulnus ipsum curare.

(*ind.* $\overline{\rho\mu}$)

XXVI De cercosi.

(78.) Apollonius et Sostratus et Filoxenus adseverant in orificio matricis carnem quandam emergere et in tantum excrescere ut expleto orificio et collo matricis aliquando et foris hoc penetret.

et haec quoque res digitis vel myzo adprehensa ferramento a radicibus tollatur. vulnus quoque pari diligentia curandum est.

-ri *h*, curare *l*. 2 quam greci laſ nymfin appellant *b*, quam ıaſ nymfim app. *l*, Quam greci nym exappellant *h*. 3 si(y *l*)ntoma *bl*, simtoma *h*. grandis. Iaſ nymfin *b*, grandis iaſnimfin *l*, grandis nimphę *h* (gr. nymfe *Pal. et Cant.*). 4 quidam vero ads. *bl*: Nam ads. quidam *h* (*cf. Paul. 6, 70. Aet. 16, 103*). 6 sic *om. b* (In cura autem sic facies *h*). supinam (*cet. om.*) *b*, iactantes eam supina in lecto *l*, supinam iactantes mulierem *h*. 7 clusis *b*, clausis *lh*. mizo *b*, & miczo *l*, et miccio *h*. foras *h*. et amplius *bl*: plus *h*. videbitur *h*. tenere *h*: -ri *bl*. 8 excalpello *bl*. deinde *bl*: inde *h*. 9 ipsum *om. h*. 10 De cercosi *h*: De cerciso *bl*. 11 sustratus *b*. 12 in *bl*: de *h*. emergere *h*: erigere *bl*. in tantum *h*: in totum *bl*. 13 excrescere *lh*: excercere *b*. ut *lh*: et *b*. 14 foras *h*. hóc cadat *h*. 15 et *om. b* (*non lh*). res *lh*: tres *b*. digitis adpr. miczo *l*. mizo *b*, miczo *l*, micio *h*. ferramento *h*: *om. bl*. 16 a radicis *bl*, radicitus *h*. tolli potest *h*.

XXVII De clavulis in muliebribus locis natis. (ind. $\overline{\varrho\mu\beta}$)

(79.) Clavuli vero nascuntur et in pinnaculis et in sinu muliebri et in orificio vel in collo matricis. sunt autem sine dolore aliquando russei aliquando albi. hi autem foris visu adprehenduntur, intus vero organo adprehendi possunt. et hi sarcolabo adprehensi bene praecidentur et curantur, interiores autem qui tolli non possunt medicaminibus commalaxari debent.

XXVIII De ragadio in matrice posito. (ind. $\overline{\varrho\mu\gamma}$)

(80.) In partu difficili vel ex nimio labore ragadium in orificio matricis emergere solet. quod si recens est et sine fervore, rebus stalticis cito ad cicatricem rapi potest. si in fervura est, rebus calasticis paregorizari debet. si vero iam etiam callosum est, primo callus commalaxandus est, et sic ferro sublatum facillime sanari potest.

XXVIIII De condylomatibus in matrice positis. (ind. $\overline{\varrho\mu\epsilon}$)

(81.) Frequentius in partu rugae quae in orificio matricis sunt accepta soliditate condylomata faciunt. quae et ipsa ⟨si⟩ cum fervore fuerint, paregorizanda sunt, de-

1 claulis *h*: clauclis *bl*. 2 claucli vero nascuntur *bl*: *hic om. h*. 3 (matricis) clauli nascuntur *add. h*. 4 rosei *h*. hic autem foris *b*, hí autem qui foris sunt *l*, Facillime autem hic foras *h*. 5 vero qui sunt *l*. adprehendi *bl*: videre *h*. 6 & hıſarcolabo *b*, et his arcolabo *lh*. preciduntur *h* (-entur *bl*). 9 positis *b* (*qui post tit. hunc om. caput sequens ad c. 28* frequencius *etc. statim transiliendo) et l*. 10 nimio labore *l*: nimia purgacione *h*. 11 emergere solet *h*: nascitur *l*. 12 cito *h*: uti cito *l*. possunt *l*. 13 paragorizari *lh*. 14 etiam *om. l*. 15 et *om. l*. sublatus *l*. possit *l*. 16 positis *l*: natis *h*. 18 condolma *b*, condiloma *lh*. 19 si *addidi*. paragorizande (-da *lh*) . . . commalaxande (-da *lh*) *b*.

hinc commalaxanda et novissime chirurgia tollenda. sic enim facillime cicatricem recipere possunt.

(*ind.* $\overline{\rho\mu\alpha}$)

XXX De haemorroidibus quae in matrice nascuntur.

(82.) Haemorroides raro quidem in muliebribus inveniuntur, frequentius tamen in collo et in orificio nasci solent. signa autem occurrunt mulieribus haec, ut sanguis plurimus raro quidem ordinabiliter, frequentius tamen sine ordine feratur pallorque eas teneat cum lassitudine corporis, aliquando tensio et gravedo, et sanguis nullus occurrat. adprehenduntur autem sic organo patefactis locis ut extantiae quaedam ibi videantur in accessione quidem russeae et in aliquantum dolentes, leniores tamen a clavulis, in dialimmate autem rugosae et sine dolore et sublividae. illae vero quae intus sunt oculis quidem non videntur sed signis adprehendi possunt, si quidem post abundantiam sanguinis nulla sanies feratur, sicut in vulneribus semper occurrit. nihil autem obesse possit, absconsae si non videantur, si quidem nos abundantiam sanguinis cohibere debemus et siccare illis scilicet omnibus auxiliis quae in sanguinatione matricis et fluxu muliebri posuimus. differunt

1 chirurgía *h*, ciro(u *l*)rgia *bl*. sic *h*: significat *bl*. 2 possunt *h*: posse *b*, possit *l*. 3 De emorroida(i *l*, e *h*)s *blh*. 5 Emorroides r. q. in muliebri sinu inveniuntur *h*, Emorroidas r. q. in muliebribus invenimus *b*, Emorroidis r. q. in mulieribus inveniunt (locum *etc.*) *l*. 6 frequentius tamen in col *om*. *bl* (*ubi* locum & in orificiū). 7 mulieribus *b* *et* (qui eas habent *add.*) *h*: *om*. *l*. ut *h*: *om*. *bl*. 8 occurrit (*ante* raro) *add*. *bl*. 9 feratur *h*: tenuat' *b*, teneatur *l*. teneat *h*: ferat *bl*. 10 nullus *bh*: *om*. *l*. occurrit *b* (-at *lh*). 11 locis ipsis *h*. 12 quidem *lh*: *om*. *b*. 13 ruseę et in *h*: rosea(e *l*) in *bl*. leniores *b*, lenior *l*: molliores *h*. ad cláulis *h*: claulis *b*, clauclis *l*. 14 dialemmate *bl*, dyaligmate *h*. autem rugóse et *h*: *om*. *bl*. 16 Si (Sed *b*) quidem — (19) videantur *bl*: *om*. *h*. 18 absconse si non videatur (*sic*) *b*: absconse sunt ut non videantur *l*. 21 et (in *add*. *h*) fluxu m. *bh*: & ꝑ lac m. *l*. differunt *h*: differentes *bl*. a se *lh*: se *b*.

autem a se haemorroides natura quod quaedam sunt simplices et humanae, quae scilicet et molles sunt et lenes et magnitudine breves, aliae vero sunt durissimae et dolore omnem vicinitatem percutientes et magnitudine grandes et asperae. quae propter difficultatem symptomatum difficile curari possunt, et quod in alto sunt et non videntur. illae vero quae simplices et breves cum lenitate inveniuntur, facillime curantur.

(83.) antiqui ergo quibus tollere eas placebat, aut calastico eas inlinebant aut lino constringebant aut basis earum scarifantes sic pulverem adponebant ut paulatim sibi mortuae caderent. quae omnia nos reprobamus, si quidem fervor exinde nimius emergat et ex consensu vicinitatis periculum nasci possit. nos ergo in accessione si dolor nimius fuerit ea quae ad fervuram matricis poni iussimus, etiam nunc adponimus. dolore vero recedente si plurimus sanguis fertur, ea quae constringere possunt et encathismata staltica adhibemus, ipsasque haemorroidas pulvere quod accipit [id est gummi de prunella] et coria mali granati et gallas et sfragitida tangimus, vel acaciam et ypoquistida in vino solventes inlinimus. dialimmate vero superveniente, ante resumptis viribus laborantis, cum integrum sucum corporis acceperit,

1 emorroidas *b*, -dis *l*, -des *h*. 2 et humides (*sic*) et molles sunt. et lines et m. br. *l*. 5 sintomatum *bl*. difficile(s *l*) *b*, -cillime *h*. 7 breves *bh*: febres sunt *l*. 8 fac. curantur *h*: *om.* *bl*. 9 ergo quibus *h*: ergo bene *l*, vero bene *b*. placebat *lh*: placet *b*. 10 calastico *h*: castigo *b*, costico *l*. inlinebant *bl*: inlinie(ni h^c)bant *h*. vasis (basis *h*) earum *lh*: enbasis eā *b*. 11 put̄ *b*, pulver *h*, pulvere *l*. ut *om.* *b*. 12 sive mortue *b*, sive emortue *l*, emortuę sibi *h*. conprobamus *b*. 13 nimius *h*: *om.* *bl*. 15 nimius *bl*: minus *h*. poni *bl*: apponi *h*. 16 nunc *h*: nec *b*, hęc *l*. 18 istaltica *l*. 19 pulvere quod accipit. iđ gumma (*sic*) de prunella (*sine albo*) *h* (*et, om.* iđ, *Cant.*): pulverizamus pulvere que fit *bl*. 20 et coria: excoria *bl*, coria (*om.* ex) *h*. gallas *bh*: gallarum *l*. fragitida *b*, frangitida *l*. 22 Dialigmata (*sic h*) — (*p. 110, 1*) cibum *h*: *om.* *bl*.

pridie quam ad chirurgiam accedat, modicum cibum accipere debebit, et conpetenti schemate ea collocata, sicut frequentius retro insinuavimus, myzo vel sarcolabo haemorroides teneantur, ita ut in aliquantum extensas scalpello prius radices earum scarifes et in aliquantum artifex sarcolabo convertat, qua conversione retentus in aliquantum sanguis, non plurimus, postea quam tolluntur, effundatur. deinde curam adhibere debebis quam in recenti vulnere frequentius habes ordinatam. post esectionem autem earum pulverem inponere quo antiqui utebantur, ut et reliquiae quae sint tollantur et sanguis cohiberi possit, nobis hoc non placet, siquidem ex hac acerba virtute fervor subsequatur, unde duplicari fluxus sanguinis possit vel si ad tempus fuerit retentus, scara cadente fluxus sanguinis interdum cohiberi non possit.

(66) (*cf. ind.* $\overline{v\delta}$)

XXXI De casu matricis.

(84.) Matricis casus fit aut cum infantem mortuum embryulcis adducimus vel obstetrices inperitae cum ad secundas in directum conantur vel aliquo ictu cum illic mulieres percutiuntur. [matrix hoc cadere solet,] ruptis scilicet aut relaxatis membranis illis quibus ex omni parte

1 accipere debebit *h*: acceper̄ etiam debet *b*, Accipere etiam debebit *l*. 3 mizo *bl*, micio *h*. emorroidas *b*, -es *lh*. 4 teneantur *lh*: extenuantur *b*. extensa scapello *b*, extensas excalpello *l*, extensa ex scalpello *h*. 6 conversatione *l*. 7 sanguinis *b*, -ne *l* (sanguī *suppl. h*ᶜ *in marg.*). postea quae (q̄; *b*) *bl*. effundatur *l*: -dantur *lh*. 8 debemꝝ (-mus) q̄; (= quȩ *l*) *b*. 9 esectionem: eiectionem *bl*, seccionem *h*. 10 put̄ *b*. quod *bl*. relicū *b*, -quum *l*, -qui *h*. 11 que sunt *bhl*. nobis placet (*sic*) *h*. 12 ex has acerua(s *l*) virtute(s *l*) *bl*, acerba virtute (*om.* ex has) *h*. subsequa(n *b*)tur *bl*: subsequitur *h*. 13 unde duplicari fl. s. conpesci possit (*sic, cet. om.*) *l*. 14 scara cadente *b*: ..eꝛ cū uenerit *h*. interdum *b*: *om. h*. 17 mortuum *lh*: *om. b*. 20 obcadere *b*, hóc cadere *h*, huc cadere *l*. 21 omni *h*: *om. bl*.

continetur. (85.) et aliquando pars eius, aliquando omnis effunditur. si enim orificium eius tantum modo cadit, cum dolore est. si vero tunica quae intus est cadit, rugosum et russeum corpus sine dolore invenitur. si vero omnis matrix regirata effusa est, ad similitudinem ovi in sinu muliebri invenitur. si vero omnis non conversa effusa est, magnitudo quidem maior est sed ut integrum schema servetur, et sanguinolenta quidem cum integro sensu, quotiens ruptis cutibus quae eam continent effunditur, pallida vero et prope sine sensu, quotiens de paralysi nervorum cadit.

(86.) oportet ergo supinam iactantes mulierem pedibus apertis, si mox ceciderit et adhuc sanguinolenta est et sine fervore, aqua frigida vel pusca diligenter elotam digitis vel spongia rotunda retrorsus eam repellere et in loco suo revocare. dehinc lanis vel spongia pusca madefacta sinum muliebrem implere et conpetenter ligare, pedem etiam supra pedem obvolvere et cervicale renibus adposito altiores partes ipsas facere vel in inferioribus pedibus grabati fulcire ut altiores renes mulier habeat. deinde cibum simplicem dare.

(87.) si vero iterum ceciderit sine fervore, ungenda

1 aliquando omnis *h*: *om. bl.* 2 cadet *b.* 4 russeum b^c*lh*, rosseum (*ante ips. corr.*) *b.* 5 matrix *lh*: *om. b.* effusa *h*: *om. bl.* 6 vero *bl*: autem *h. haec sic praebet l:* Si vero omnis magnitudo non est conversata. & integrū scemate matricis servatur *etc.* effusa *b*: *om. lh.* 7 maioris aut integrū *b*, maioris est ita ut integrum *h.* 9 cutibus quae: crinibus qui *blh.* continet *bl.* 10 quociens *b*: aliquotiens *lh.* de paralisi | si nervorum *h*, de paralisi membrorum *b*, in paralypse membrorum *l.* 11 Oportet *h*: Omnē *b*, Hanc *l.* iacentem *h.* 12 si mox | ceciderit *l*: mox ceciderit (-dit *h*) *bh* (*om.* si). elotam: ea(m *lh*) lotā *blh.* 14 (*etc.*) exspungia *b.* in (*ante* loco) *om. bl.* 16 pedes *bh*: pedem *l.* 17 pedem *lh*: pare (*sic*) *b.* subposito *b.* 18 ipsas *bh*: ipse *l.* facere *l*: *om. b,* fasciare *h.* in *addidi.* grabatti fulcire *b*: gravati fulcire *l*, gravati subponere *h.* 19 ut *lh*: & *b.* 21 primo (*ante* inic.) *add. h.* ungenda (*Sor.*): ini(un *l*)cienda *bh.*

est mulier ut exinanitis stercoribus sic mulier revocetur. deinde encathisma adhibendum est aut ex pusca frigida aut ex aqua in qua decocta sunt lentiscus, murta, celsa agrestis, corium mali granati vel rosa. post quod encathisma linienda est matrix acacia vino soluta vel centifolio marino trito et gallarum pulvere et ges astere sicut superius dixi vino soluto linienda est et sic revocanda, ita ut lanae vel spongiae eodem humore madefactae sinum muliebrem impleant. (88.) si vero diu hic remanendo et pallida fuerit et frigida inventa vel in fervore fuerit posita ita ut exercitius doleat, aqua calida vel oleo dulce fomentanda est vel sucis faeni graeci et seminis lini, etiam et malvarum, et sic revocanda. aut si satis grandis fuerit fervor, et flebotomanda est et omnibus rebus calasticis, sicut paralysis, curanda. cum autem frequentius revocata ceciderit et effecta fuerit chronia, bene tunc revocaverimus ⟨si⟩ etiam stalticas cucurbitas lumbis et vertebris inponimus, epithima etiam dia finicon vel dia iteon emplastrum inducimus. deinde cyclo curamus, primo analeptico resumentes, deinde et metasyncriticum coniungimus, a quo etiam metasyncritica pessaria accipimus quae constant ex nitro et uva passa et ficu infusa.

1 ut *lh*: & *b*. 2 d. statim enc. *h*. 3 sunt *bl*: est *h*. murta *b*: myrtha *h*, myrra *l* (*cf. Sor. 299, 15*). 4 corium *b*, -ā *l*, -a *h*. vel: et *blh*. 5 linienda *bl*: inlinienda *h*. centifoliū(o *h*) *b*, cenisfoliū *l*. 6 marino *lh*, malino *b*. 7 dixi vino linienda *b*, d. vino soluta linienda *l*, d. cum vino inlinienda *h*. 9 compleant *h*. remanent *b*, -endo *h*, -et *l*. 11 aqua quidem c. vel cum o. *h*. dulce *blh*. 12 sucus fenogreci *b*, sucis feni(u *h*) greci *l*. 13 etiam *bl*: *om. h*. (rev.) est *add. bl*. aut — (14) est *om. l*. 14 et (fl.) *h*: *om.* bh^c. 15 cum autem *om. b*. 17 revocavimus *l*. si *addidi*. 18 epitima *b*, epi(y *h*)thima *lh*. etiam *om. b*. diafinidon *b*, -fenicon *l*, dyafinicon *h*. diateonē plaustrū *b*, diayteon. emplastrū *l*, dialteonē emplastrum *h*. 20 analen(m *l*, mp *h*)tico *b*. resumentes *h*: detinentes *bl*. metasi(y *h*)ncreticum (*ut semper*) *blh*. 21 aut quo . . . accipimus *b*: in quo . . . apponimus *h*, aut . . . adponimus *l*. etiam et m. *l*. 22 constat *blh*. nitro *bl*: mirto *h*. intusa *l*.

(89.) si vero frequenti casu alienata fuerit ut et nigrescat, utimur medicamentis quibus cancrum tollere consuevimus, vel ferro nigredinem ipsam alienatam et mortuam praecidimus. si autem et omnis matrix fuerit nigra, totam praecidimus. [nec mirum videatur et incredibile quia dixi praecidimus.] si quidem antea paulatim valitudine ipsa alienata et mortua est, sic nos eam tollemus. adseveratur etiam quod frequenti casu vulnerata aut in sinu muliebri cohaerere solet aut pinnaculis ipsis conglutinari. quam rem separare et difficile est et molestum. bene autem placet nobis sic eam dimittere, si quidem plurimas mulieres sic diutius vixisse antiquitas adseverat.

XXXII De clusura orificii matricis quam Graeci fimosin dicunt.

(ind. ϱλϛ̄)

(90.) Clauditur orificium matricis aliquando fervore aliquando cicatrice, praecedente scilicet vulnere, aliquando durissima callositate. quae clusura mulieris dicitur, quia neque semen viri recipere possunt aut si naturaliter fuerit conceptum, infantem parere non potuerunt. organo ergo patefactae mulieres et oculis videri possunt et digitis adprehendi. quotiens autem in fervura est et ruborem habet et inflatum videtur, oportet omnibus etiam uti quae

1 ut et nigrescat *om. l.* 4 precidimus — (7) mortua est *om. l.* si autem — (6) praecidimus *om. b.* 5—6 *sol. praebet h.* 5 nec: ne *h.* 7 alienatur et emoritur *h.* nos *bl*: *om. h.* tolle(i *h*, a *l*)mus *b.* 8 vulnerata *h*: -tur *bl.* 9 in pinn. *bh.* conglutinare *blh.* 10 quem rem *bl.* 12 sic (d.) *om. h.* adseverant *l.* 14 quem...dicunt *bl*, que...dicitur *h.* greci *blh.* fymos *b*, fymon *l*, fimos *h.* 15 cluditur *h.* de fervore *l.* 17 durissima callositas *bl*, durissimo callo *h.* que clusura *bh*: quam clusuram *l.* mulieris *b*: -res *lh.* dicitur: *om. h*, dicunt *bl.* quia: quę *l*, q̄; *b*, *om. h.* 18 naturali *blh.* 19 parere *bh*: perire *l.* potuer̄ *bh*: poterint *l.* ergo *bh*: vero *l.* 20 oculis videre possunt *b*, oculi videre non possunt *l*, oculi videri potest causa *h.* 22 v. quando oportet omnibus paragoricis utique *h*, v. omnibus etiam utique *bl.*

in fervura matricis posuimus. recedente autem fervura, callum in medio dividimus et ex utraque parte myzo tenentes latius praecidimus, ut lateribus cicatrix currens iterum orificium non cludat.

(*ind.* ϱλη)

XXXIII De eis quae clausae nascuntur, et appellantur atretoe.

(91.) Tribus quidem modis clausae nascuntur puellae vel efficiuntur. aut enim in pinnaculis hic a foris cohaerentibus cluduntur, aut ipsis quidem patentibus medio sinu muliebri pulpa vel membranum innascitur, aut hoc etiam sinu patente orificium matricis cluditur, ita ut mulieres aliquando ad unum officium teneantur aliquando ad tria. quotiens ergo hic foris pinnacula sibi cohaerent, ad tria officia mulieres inpediuntur, ad usum virorum et ad purgationem et ad conceptum. si vero pinnaculis patentibus in medio sinu muliebri fuerit clusura, ad duo officia inpediuntur, ad communicationem viri et ad conceptum, si quidem hoc utcumque menstrua liquari possint per cavernam qua etiam et urina excluditur. quotiens autem orificium matricis fuerit clausum, ad duo officia inpediuntur, siquidem nec purgari nec concipere possint, viri

1 posuimus *b*, possumus *l*: posita sunt *h*. autem *b*: vero *h*, ergo *l*. 2 myzo *bl*, micio *h*. 3 tenentes *h*: *om.* *bl*. 4 iterum *bl*: uterum *h*. non cludat *bl*: concludat *h*. 6 metrete *b*, metrate *l*, mitratę *h*. 7 quidem *om. h*. puelle vel eff. *bl*: *om. h*. 8 aut enim *h*: *om. bl*. hic *lh*: quidem *b*. a foras *h*. 9 patentibus *h*: fatentur *bl*. in medio *h*. 11 ita ut *bh*: aut *l*. 12 orificium impediantur *h*. 13 foras *h*. coherent. ad tria *h*: coherentē (-em̄ *l*) matris *bl*. 16 ad duo: Aduo *h*, duo *bl*. inpediuntur *om. b*. 17 ad (conc.) *om. b*. Siquidem — poss̄... *b*: Siquidem ut cum m. l. hoc possint... *h*, Siquidem hoc m. per cavernas vessice administrantur. per urina effunditur *l*. 19 qua: quę *h*, q̄; *b*. et: ex *b*, *om. h*. 20 clausum *bl*: clusum *h*. ad duo *b*: aduo *h*, addito *l*.

tamen usum sine inpedimento sustineant. si vero inpedimentum illud quod in orificio est pertusum fuerit, etiam purgatio quidem effici potest, conceptus tamen denegatur. si autem caverna illa contra orificium matricis est posita, potest etiam conceptus fieri, partus tamen in totum denegatur.

adprehenduntur autem haec omnia organo patefactis mulieribus ut et visu videantur et tactu probari possint. si enim numquam in ipsis vulneratio praecesserit, cum hac valitudine natae sunt mulieres. si vero praecessit vulnus, sic sibi praedictae partes cohaerere potuerunt ut cicatrice solidatae sint. si ergo in pinnaculis fuerit clusura, visu videbitur. si autem in medio est pulpa vel membranum, post pinnacula inmissus digitus in medio non admittitur. separatur autem hic pulpa sit an membranum quod inpedit, ab eo quod pulpae solidiores sint et duriores, membranum autem pressum et mollius sit et cedat. nam et ipsa mulier relatione sua instruere poterit ad quae officia inpediatur, ita tamen ut orificium clusum non possit nisi organo videri. si quidem et cavernam modicam habuerit, et purgatio qualiscumque fieri potest et conceptus. sed cum pariendi tempus venerit, tunc periculum

1 susti(e *b*)neant(ur *h*) *l*. 3 quidem *om. l*. negatur *h*. 4 contra *h*: quę (q̄; *b*) cū *bl*. 5 tamen *lh*: autem *b*. 7 organo *l*: -na *bh*. 8 mulieribus *h*: -res *bl*. videntur (*om.* ut)...possunt *b*. 9 ibi (in ipsis) *add. l*. cum *h*: quę (q̄; *b*) cū *bl*. 10 sunt *h*: sint *bl*. precesserit *l*. 11 sibi *bl*: ibi *h*. poterint *b*, potuerint *l*. ut...sint: et... sunt *blh*. cicatricē (*sic*) *h*, -ces *bl*. 12 ergo *h*: vero *bl*. 13 autem *bl*: vero *h*. pulpa — inmissis digitis (*sic*) *h*: pulpalis a(d *l*)missis dicit'(ur *l*) *bl*. 15 hic pulpa — membranum: a pulpasit. an m̄branum *h*: haec pulpa posita in membranum *bl*. 17 autem *om. h*. est et cedit *bl*. 18 relaxatione *blh*. i. non poterit *blh*. adq̄; *b*, atque *l*, aqua *b*. 19 impediatur *h*: in(m *l*)pediu(a *l*)ntur *bl*. officium *h*. non poss̄ (-sit *h*) nisi o. videri(t *b*) *bh*: non possit aperiri nisi organo viderit *l*. 20 et *bl*: si et *h*. 21 possit *bl*.

mulieri inpinget, cum exitus denegatur infanti. propterea ante curiosius inspicienda est et curanda.

(92.) ex omnibus autem differentiis quas praediximus facillime curari possunt quae in pinnaculis causam habent vel membrano clausae sunt, siquidem durissimae pulpae cum ingenti difficultate praecidantur et moleste sanguinent, et si non sollicite fuerint curatae, cito renasci possint. membranum autem et facillime tollitur et sanguinationis metum non habet nec aliquando renasci potest. cum ergo curari coeperint, conponendae sunt supinae, patentibus scilicet pedibus, et si in pinnaculis inventa fuerit causa, extensis ipsis scalpello medietas dividenda est usque ad inanitatem. si vero in medio sinu inpedimentum fuerit inventum, si cum caverna est membranum, illic infixis ancistris rumpendum est et tollendum. si autem pulpa fuerit inventa, in gyrum praecidenda est ferramento illo quo polypos tollimus et ita sollicite secanda ne aut vesicae collum aut longaonem tangamus et incipiant aut urinae turpiter ferri aut stercora non contineri. si vero in orificio fuerit clusura et sine caverna fuerit, flebotomo medietatem sollicite dividimus et infixo ancistro extendentes syringotomo praecidimus. si autem occurrente purgatione intus sanguis remanserit, si quidem clusum orificium nihil foras amittat, post sectionem thrombos illos purgationis qui intus remanserant, si fieri potest, statim etiam ipsos

1 mulier in(m *l*)pinge(i *l*)t *blh*. ac (pr.) *h*. 4 facile *b*. causam habent *h* (*cf. v. 11*): habet *bl*. 5 clausae *bh*: cluse *l*. 7 renasci *lh*: senesci *b*. possunt *blh*. 8 sanguinationes *bl*. 9 metum *bl*: meatum *h*. ne *b*. possunt *bl*. 10 et pat. *h*. 11 causa *h*: cū *bl*. 12 extensis *lh*: exiens his *b*. excalpello *b*, exscalpello *l*. 14 si cum *h*: sicut *bl* (*qui omittunt quae sequuntur usque ad p. 117,9*). illic (*ut vulgo*): illuc *h*. 15 pulpe fuerint inventę *h*. 17 quod *h*. secandum *h*. 18 incipiat *h*. 19 urina sineturpit̄ *h*. 22 inringóthomo *h*. 24 ammittat *h*. tombos *h* (*sed* trumbos *h*^c^).

tollere debemus. si vero inpedimentum aliquod occurrerit, altera die bene eos excludimus. post sectiones autem qua diligentia vulnera curanda sint retro habes frequentius ordinatum, ita ut cum ad cicatricem rapi coeperint, priapiscus medicamine quod ad cicatricem facit inlinitus, usque ad plenam sanitatem non exinde recedat, ne iterum partes sibi cohaerere incipiant.

(93.) solent autem et melicerides et atheromata et *(ind. ϱνβ)* steatomata in ipsis partibus nasci et quasi praedictas clusuras facere. quae ipsa omnia adprehensa simili modo curari possunt. siquidem ubicumque fuerint nata vel inventa, una disciplina tollantur quam in chirurgumenis exercitius habes ordinatam.

XXXIIII Qua disciplina organo aperiendae sint mulieres.

(ind. ϱλ περ διοπτρισμοῦ)

(94.) Scio me retro ad inspiciendam altitudinem mulieris frequentius organi mentionem fecisse quod graecitas dioptran vocat. et quoniam nisi insinuata fuerit disciplina quatenus hoc ipsud fieri possit, occurrente necessitate obstetrices facere non audent, idcirco placuit nobis ut etiam

3 sunt *h.* 4 ordinata *h.* 5 priapiscus medicamine *h.* inlinimus *h.* 8 atthromata (*sic*) *h.* 9 ipsis: *hic denuo incipiunt bl, ubi sic*: si vero in medio sinū inp. f. inventū sicut ipsis partibus nasci et quasi... 10 (facere) coepimus *add. l.* q̄; ipse *b*, quę ipsa *h* (quę omnia ipsa *etc. l*). 11 (natę *add. h*) vel invente *bl.* 12 tolluntur *h*, tolla(n *b*)tur *bl.* quam *h*: q̄; *b*, quę *l.* cirorgumenis *b*, g(ch *h*)yrurgimenis *hl.* 16 adspiciendā *bl* (*sed* in *add. ips. corr. l*), ad aspiciendā *h.* multitudinē mulierū *h.* mulierē *b*, -ris *l.* 17 memorationē *l.* q̄; a grecis tas diobtram voca(ta fuit disciplina quatenus... *sic med. om.*) *b*, quę a greci stasdioptran vocantur *l*, quas grecitas dioptran vocant *h.* 18 et (qu.) — fuerint *om. b.* quoniam — quatenus *om. l.* 19 ipsud *blh.* occurrente necessitate *h*: *om. bl.* & (*ante* obsetrices) *add. l* (*non b*). 20 nobis ut *lh*: *om. b.*

hoc gynaeciis adderemus, ut ex rebus huic corpori necessariis nihil dimisisse videamur.

itaque supinam iactans eam quae inspici habet, accipies fasciam longam et in media parte eius duobus laqueis factis, ita ut inter se cubitum unum habeant laquei illi, duabus vero manibus mulieris missis, medietatem quae interest cervici eius inducis. deinde reliqua fasciae sub anquilas missa ad manus adligabis, ita ut patefacti pedes ventri eius cohaereant. deinde accepto organo et uncto priapisco, quem Graeci loton dicunt in aliquantum ad prunas calefacere ⟨debes⟩, deinde sine quassatione priapiscum inicere, susum scilicet axe posito, iubere etiam ministro ut aperiendo organo axem torquere incipiat, ut paulatim partes ipsae aperiantur. cum vero post visum organum tollere volueris, ministro iubere ut iterum axem torqueat quo organum claudi possit, ita tamen ut cum adhuc in aliquantum patet sic auferatur, ne universa clusura aliquas teneat et nocere incipiat.

1 ut (*post* hoc) *repetit h.* genechiae *b*, genecię *l*, genecíecis (*sic*) *h.* adderimus *b*, adderemus *h*, adheremus *l.* corpori *l*: -ris *bh.* 2 dimisse (*sic*) *b*, pretermisisse *h.* videatur *h.* 3 iactantes *blh.* qui (aū *add. l*) inspicere habet *bl*, quę inspici habet *h.* accipiens (f. l.) *bl*, (fascia longa) accipies *h.* 5 ita ut *b*: ita *h*, ut *l.* unum *bl*, vacuum *h.* laquei illi *b*: laqueis illis *h*, *om. l.* 6 duabus (duobus *b*) vero *bl*: singulis *h.* 7 inducis *bl*: traicies *h.* reliq; *b*, -quię *l*, reliquaria *h.* 8 anquiles *b*, -le *l*, anguilas *h.* missa *bh*, missę *l.* alligabis *b*, adligabis *l*: colligabis *h.* patefactis *h* (-ti *bl*). 9 uncto *h*: nintio *b*, uncio *l.* 10 quem *h*: q̄; (que) *b*, quod *l.* greci *bl*: grecitas *h.* loton *h*: laton *bl.* dicunt *lh*: dicitur *b.* 11 debes *addidi.* 12 susum (*cf. Aet. lat. 16, 86 e quo Paul. chir. c. 73*): sui *b*, Sucum *h*, *om. l.* axe *h*: ex se *bl.* posito *blh.* 13 ut *bh*: ad *l.* organi *bl*, -num *h.* 13 axem — (15) iterum *om. l* (*ubi sic* axco| totque ad quo organū claudi possit . . .). 13 axemtor q̄;rere *b*, axeptor quere *h.* 16 torq; ad quo *b* (*cf. l ad v. 13*). iterum (*ante* cludere *sic*) *rep. h.* cum *bl: om. h.* 17 adhanc *b.* né in un. *h.* 18 aliquas — nocere *h*: *om. bl* (*ubi* ne univ. cl. incipiat). incipiat: *hic* (*sine* Explicit) *finitur Cant.*

et haec est omnis mulierum diligentia, cui etiam necessarie adiungimus pessariorum et omnium medicaminum conpositiones quae ad valitudines earum facere possunt et ad servandam pulchritudinem ab antiquis diligenter scripta sunt, de Sorani cateperotianis et curis de gynaeciis triacontadis in latinum translata sermonem.

1 omnis *bl*: omnium *h*. 3 quę *h*: & q; (quę *l*) *bl*. earum *h*: *om. bl*. possumus *bl*. 5 Desoranis cate perocianis et curas de gyneciis triacontadis in latinum translata sermonem. Explit feliciter. *h. quae om. Palat., item om. bl, ubi simpliciter* Explič genechia mustionis auctoris *b*, Explicit genecia muscionis auctoris. lege feliciter. *l*.

1. Initium curae matricis quae fervorem habet aut duritiam aut declinationem aut vulnera ⟨aut⟩ quae difficilis sit ad purgandum. adhibes ergo encolpismum ⟨quem⟩ conficis sic. misces semen lini, faenum graecum, althaeam manipulos singulos, caricas numero quinque. coques donec sucus fiat. cui suco admisces sucum ptisanae et uteris per triduum. intermisso biduo conficis pessarium quod duritiam ⟨et⟩ fervorem et tumorem ⟨et⟩ constipationem tollat. conficitur autem sic. adipes gallinacios, adipem porcinum, adipem anserinum, medullam cervinam, ceram albam, ceram punicam, tus masculum, masticen, oleum lentiscinum, oleum commune, cerussam, butyrum, has omnes species aequis ponderibus mittis et conficis pessarium et subicis.

2. alius pessus adhibendus eis quae legitime non purgantur. opopanax, ruta viridis, myrra troglodytice, singularum specierum unciae singulae separatim teruntur et in unum miscentur. quibus admisces mellis limpidi quantum sufficit.

3. aliud pessarium relaxatorium, quod adhibetur post secundum grafarium. conficitur autem sic. ceram ∻ II et S, adipes taurinos, oleum roseum ana ∻ II, terebintinam ∻ I et S, oesypum cerotum butyrum medullam cervinam ana ∻ I. tere, et utere. post haec reparata virtute purgari oportet antidoto theodoreto, et interiectis quindecim diebus picram accipiat eventu dextro per triduum. et sic adhibeantur ea quae menstrua provocent, et reversa est purgatio tempore consueto.

2 aut *addidi.* 3 ergo: ergo síc. quem *addidi.* 4 Mixtis enim. altéa maptũ .ī. 5 ni^{s} .v^{e}. 7 qui. 12 hęc omnes. mittes et conficies p. et subicis. 14 Alii pessu adhibendum. Ei qui. 15 opupanax. Myrratroclitén. 16 uncias singulas. 18 alium...Quę. 19 grafadium. *cf.* gerafadium *infra 56 i. e.* grapharium (*ap. Oribas. lat. et Alex.*) = scripturam *vel* 'receptam'. 21 ysopum (*ut saepe*). 22 uteris. antidoto theodoreto *W. p. 97:* inetheodórico. 24 eventu: vento. 25 purgari.

4 (= *Leid.*[v] *14*). pessarium aliud conceptorium valde mirificum. fel taurinum. eo lanam involvis et adponis pridie ad orificium matricis post menstrua. quod nocte tollis, et cum viro suo coeat, et statim concipiet.

5 (= *Leid.*[v] *15*). item aliud pessarium conceptorium. opobalsamum, peucedanum, aristolochiam ana ʒ I, myrram, coccum gnidium, medullam cervinam ana ʒ II, adipes anserinos ʒ III, opopanacem ʒ I. oleo roseo contere et subpone. horas duas contineat, et postea subtrahe, et misceatur et continuo conceptio fiet.

6 (= *Leid.*[v] *16*). aliud conceptorium. fel caprinum, cyminum. contere in oleo finicino et roseo.

7 (= *Leid.*[v] *17*). aliud conceptorium. centauriae ramusculos contere in oleo roseo.

8. pessus libianus relaxatorius. adipes pastae, adipes porcinos, adipes anserinos, ceram punicam ana ÷ I, oleum cyprinum ÷ III. misce simul et utere.

9. pessus qui paregorizat hoc est qui mitigat omnes dolores, et ad omnes indignationes. faeni graeci, seminis lini sucum, oleum dulce ana ÷ I. coque sucum et oleum usque quo consumatur sucus. depones, et mitte ceram punicam ÷ I. depones, infrigidet, et mittes adipes de pasta ÷ I, adipes anserinos ÷ I, medullam cervinam ÷ I. gelet, et utere.

10. pessus iscemus ad fluxum. ges astera, tus masculum, amylum quod de tritico infuso conficitur, cyminum album ana ÷ I. tundis et cribellas. alibi guttam ammoniaci teris ÷ I, postea commisces omnia. utere, et miraberis.

11. item alius. lycium super carbones ponis in vaso, et super mulierem sedere facies et eam fumigabis. expertum est.

12 (= *Leid.*[r] *1*). pessarium ad conceptionem Anetonis filosofi. medullam cervinam, ceram punicam, diaquilon, oleum liliacium, oleum nardinum, sucum ysopi, adipes porcinos, adipes pastae, butyrum ana ÷ I, resinam terebintinam ÷ III. commisce et utere.

13. pessus ad nimium fervorem matricis vel ad cocturam quae semper nascitur ⟨ad⟩ intertrigines. recipit crocum ʒ I,

1 alium (atq). 2 eo: in eo. involves. 5 alium. opubalsamum. peucidanu. aristologia. 8 opupanax. 9 continet. 10 fit. 13 ramuscula. 15 pessum l. r. (*et sic semper fere pro* pessus). 17 uteris. 19 fenum grecum. Sem̄ lini sucu. 21 sucum d. 22 infrigdet. 24 ischaemus: stemum. 25 amidum qui de tr. infustum c. 26 tundes. teres. 28 aliu. licium. 30 anetonis (*sic*): Manethonis? 36 nascitur intertrigines. ℞ c̄c̄.

ceram punicam ÷ I et S, adipes anserinos, oesypum, medullam cervinam ana ÷ I, mel ʒ I, gelamina ovorum II, olei rosei quod sufficit. ⟨commisce⟩ et utere.

14. si duritia matricis fuerit aut inflatio, pessarium calasticum quod conficis sic. recipit haec. cedrium ÷ I, adipes fasiani, butyrum ana ÷ II, medullam cervinam, terebintinam ana ÷ III, ceram ÷ VI, oleum nardinum ÷ II, oleum liliacium ÷ VI, adipem porcinum ÷ III, adipem anserinum ÷ I et S. solvis et ammisces oleum et temperato medicamine curabis, et miraberis effectum. primo encolpismum parabis, et sic curabis de isto medicamine.

15. sucum faeni graeci, sucum lini seminis, sucos ptisanacios, singulos calices minores, mellis heminam I. hoc per triduum facis, et sic medicamina adhibes ut nullum sit inpedimentum.

16. si dolor fuerit in illa aut inpedimentum pedum ad ambulandum, pessarium calasticum aliud facies. recipit haec. ovorum gelamina elixata II, crocum ʒ IIII, ysopum farmacum ƻ IIII, medullam cervinam ÷ II, ceram punicam ÷ I et S, adipes anserinos, terebintinam ana ÷ I. medullam et ceram et adipes et resinam coques, species vero tunsas et ad pulverem redactas cum gelamine ovorum misces, illud quod decoctum est tepidum inmisces, et uteris.

17. pessus ad conclusionem matricis. spicam indicam, adipes gallinacios ana ƻ IIII et S, adipes anserinos, adipes porcinos, adipes taurinos, medullam cervinam, oleum nardinum ana ʒ IIII, sucum ysopi ƻ III et S, ceram punicam ƻ III. commisce et utere.

18. pessus ad defrigidationem matricis et quae sub umbilico et renibus dolet. et purgat et relaxat et menstrua deducit sine dolore. et ⟨facit ad⟩ dolorem et quando purgantur. et ad conceptum. recipit haec. spicam nardi ƻ X, fasces gallicos ƻ II, alumen iudaicum ƻ II, lignum balsami ƻ IIII, calamum aromaticum ƻ VII, crocum ƻ I, libanum, irin illyricam ana ʒ IIII, costum ƻ II, bdellium ʒ III, myrram tro-

1 ysopum. 2 oleo rose. 5 que (*sic*). 9 solves ⟨species *add. W. p. 118. 133. 182*⟩. 10 m. Adfectum primo encolpismo p. 12 Sucos fenugreci. Sucus ptisanacios. 13 mellis. Meru .I. 14 nullus. 17 alium. 18 geliamina. crocum: c̄c̄. farmacum. (*sic,* farina tritici *W. p. 179*). 22 cum geliamina o. inmisces illud ... tepidum inmisces. 29 defrigdacionē (infrig. *W.*). Et qui. 31 et purgat (*sic*) dolorem et q. p. 33 iudeicum. 34 c̄c̄ yris illirica. 35 m. argonite.

glodyticen ƻ II, terebintinam ʒ XVI, stafisagriae heminam I, mellis heminam I. commisce simul et utere.

19. pessus desiccatorius ad reumatizantem vulvam et ad omnem scabiem. recipit haec. stibium ƻ II, tus masculum ƻ III, plantaginis sucum accipies et pones. ad usum vero stibium et tus facto pulvere de suco plantaginis consparges, et siccet. et quando volueris uti, teres cum albore ovi et uteris.

20. pessus magnus ad vulnerationem matricis vel ad omnem scabiem nimium probabile. recipit haec. tus masculum, masticen, cerussam, ⟨galbanum⟩ ana ʒ IIII, ceram punicam ƻ VIIII, pomfolyga ƻ VIII. haec omnia teres sine pomfolyge, mittes vinum album modicum et teres, postea mittes pomfolyga et solves ceram ex oleo liliacio ÷ I. commisces et uteris.

21 (= *Leid.*[r] *2*). pessus ad conceptionem mirificus experimentatus. recipit haec. spicam nardi, costum, folium, myrram ana ƻ II, amomum ʒ IIII, medullam cervinam, adipes anserinos ana ʒ VIII, ceram punicam ƻ III, oleum nardinum ʒ VIII, oleum roseum ʒ IIII. commisce et utere. sed istud fit ubi nimia fuerit defrigidatio.

22. pessus aromaticus ad eas quae non facile purgantur et ad duritiam et ad constrictionem matricis. adipes taurinos, oleum vetus, ceram punicam, oleum nardinum, terebintinam, medullam cervinam, sucum ysopi, butyrum ana ÷. solves haec omnia lento igne et mittes tus masculum ÷ I. et teres in mortario spumam argenti ÷ I, cerussam ÷ I, ita ut per se terantur cerussa et spuma argenti. postea in alio mortario inmisceantur omnia. teres simul et uteris.

23. pessus ad omnia vulnera et calefactiones et tumorem et dolorem matricis. recipit haec. ceram punicam, butyrum sine sale ana ƻ X, oesypum, sevum cervinum ana ʒ VIII, adipes anserinos ƻ IIII, oleum roseum quantum sufficit. facit autem ad dolorem lumborum et ad tumores et ad omnes infirmitates.

24. pessus ad omnes matricis infirmitates et vulnera.

1 Stafisagria emina .I. 4 Stybeo (*sic* = *gen.* stibeos?) 5 Ad usum vero alborę ovi. et utere. Stibeo et thus factum pulver de suco *etc.* 6 sciccet. quando 7 teres: tres. 9 Mastix. Cerussa. Gesbflgm. (*sic, ubi* galbanum *W. p. 170. cf. 142*). 11 Pomfoligo. pomfoligo. 12 mitte pomfoligo et s. cera et oleum liliacium. 13 uteres. 18 commisces. 19 defrigdacio (infrig. *W.*). 20 Qui. non facile: facile (*ante corr. qui* difficile). 23 *deest numerus post* ÷ 24 mittis. 26 inmiscatur. 27 utere. 30 ysopum.

sevum taurinum, aeruginem campanam, resinam, ostrias ustulatas et in pulverem redactas ana ÷ I, adipem anserinum Ƶ II, de malagranata sucum quantum sufficit. de his omnibus pessarium conficis et uteris.

25. pessus ad sanguinem provocandum. ficum pinguem ÷ VI, myrram Ƶ VI, galbanum ÷ II, afronitrum ÷ III, mel ÷ II. teres in vino.

26. pessus ad declinationem et tumorem. crocum, oesypum ana Ƶ II, medullam cervinam Ƶ III, resinam terebintinam Ƶ S, adipem anserinum, gelamina ovorum elixa ʒ I, oleum irinum et roseum aequis ponderibns. commisce et utere.

27. pessi aromatici ad duritias. resinam terebintinam Ƶ II, ceram punicam ʒ VIII, oesypum, butyrum, crocum, medullam cervinam ana ʒ IIII, oleum rosacium ÷ III. adipem porcinum, nardum, pollinem faeni graeci ana ʒ I, cassiam, costum ana Ƶ II. ceram tyrrenicam ʒ XX, oesypum, masticen, butyrum, medullam cervinam, adipem vitulinum, adipem anserinum ana Ƶ VIII, oleum roseum ÷ IIII, crocum Ƶ IIII, mellis ÷ II.

28. alius pessus malagmaticus. ceram tyrrenicam Ƶ XX, adipem anserinum, oesypum ana ʒ VIII, medullam cervinam, crocum ana ʒ IIII, resinam terebintinam ʒ II, mellis cotylam I, oleum roseum quod sufficit.

29. pessarium ad menstrua provocanda. butyrum, resinam terebintinam, oleum roseum aequis ponderibus commisce et utere.

30. [ad menstrua provocanda. tunc optime deducis, si compositiones quae demonstrantur, suis temporibus dederis aut his diebus quibus purgari solita est. neque utile est semper potiones dari, sed subiectiones fieri aut excalfactiones et cataplasmata, ut remissionem corporis habeant, quo facilius medicaminis virtute proficiant. itaque si menstrua deducere vis, nitri flos pusillum et farinae mundae aliquid ex oleo in os

1 | Eruchiugine campanum (*sic*). ostrię ustulatę...redactę. 6 *hic* murra. afronitr(ia?) | *detrit.* 7 vinum. 8 oesypum (*Wolf*): ysopū *inter lin. add. corr.* 10 adipe anserini (*sic sine pond. nota*). geliamina. 11 commisces. 12 pessum aromatici (*singulos discrevi*). 13 ysopum. c̄c (crocum). 15 *post* feni greci *verbum erasum* (*ubi* 'et melilotum' *legit Wolf. harm. p. 132. 182*). 16 ysopum. 17 *post* cervina *erasa apparent verba* resina terbentina. 21 ysopum. 27 *sequentia* '*ex Cleopatra*' *dat Wolf. harm. p. 93* (*cf. Cleop. cod. Hafn. f.* 31^{b} *qui similia habet, non eadem*). 29 est: erit | est (*sic*). 30 ex calfaccione. et cataplasmate.

matrici subige et subpone in proximo. hoc et humores omnes detrahit.

31. aliud. puleium sine fumo vel recens tritum, myrram, piper contere bene et in pessos subige.

32. alius pessus qui sanguinem menstruum deducit. elleborum nigrum et myrram pari pondere contere et in se fac bene ut lenia sint. admisce unguenti pusillum, et fac ut nucleus modicus olivae similis, et subpone.

33. ⟨alius⟩ pessus minoris ʒ̄, myrrae ʒ̄, micam salis ɔ. teris omnia deinde oleum liliacium quod sufficit admisce ut spissum sit et subige.

34. alius pessus. etiam stercus detrahit. elaterium scripulum I, scammoniam ɔ dimidium cum suco porri virginis contere et fac pessarium et subige.

35. potio ad menstrua provocanda. cyminum tritum ex aqua mulsa da ut bibat.

36. alia potio. puleium sine fumo aut recens bene tritum cum vino da ut bibat.

37. alia potio, ut sanguinem menstruis plurimum detrahas. violae semen et myrram pari pondere conteris et ex vino bono da ut bibat. quod si validius detrahere voles, piperis grana V aut VII aut VIIII admisces.

38. potio optima. piperis ɔ et absinthii tantundem tere ex aqua. da ut bibat. etiam quae ad praesens conceperit statim deiciet, ut sanguinem resumat quod de menstruis venire solet.

39. sunt aliquae mulieres quae volunt menstrua sua differre. hac propter ad colum piperis albi contusi et faeni graeci aequale pondus teris ut pulverem facias. admisce in condito, et dabis in balneo, cum in sabanis sederit, die intermissa usque ter.

40 (=*Leid.*[r] *8*). mulier ut concipiat etiam si numquam conceperit. capra cum peperit, antequam haedus eius suffe-

1 matrici≡ (*sic*). 3 pulegium. 4 pessa. 5 atɔ pessum. Elleboris nigri (*cet. cf. Cleop. ap. Wolf. p. 94*). 7 *cf. Cleop. c. 23 cod. Hafn. f. 31*[a] et facias quasi similitudinem olive et subpones. 8 subpone. pessus minoris (*sic*). *hunc cf. ap. W. p. 97 (Mosch.) et p. 95 (Cleop.).* 9 muca (*sic*). 12 aliud pessus. 13 scamonia. 14 *post* subige: EX PES (Explicit pessaria). 17 pulegium. 18 ut: &. 23 absenti. 25 resuma a q̊ (*sic*). 28 Ac p. contusum. 29 admisce inconditum. 33 edus. suffecerit (*sic, surrexerit W., surgat Leid.*).

cerit et lac sugere incipiat, mulge et ex eo fac caseolum et in sinistro brachio in linteolo obligatum suspendito ut portet mulier. sed cum in balneum ire voluerit, domi illum munditer reponat. reliquis horis omnibus secum habeat.

41 (= *Leid.*^{r} *9+10*) (*cf.*^{v} *3—4*). mulier ut facile concipiat. myrtam viridem tunde et sucum eius in lana collige. et post coitum statim sibi subiciat, sed aqua se non abluat. et concipiet.

42. ut mulier concipiat. herbae artemisiae sucum cum myrra trita commisce et in lana collige. deinde statim post coitum subige, et concipiet. sed vide ne se sublevet.

omnia quae monstrantur tunc maxime ad effectum perveniunt, si tunc fient cum mulier menstruabitur.

43. pessarium emagogum. myrram ℈ I, aloen ʒ I, semen violae ʒ I, crocum ℈ II, castoreum ÷ I, butyrum et oleum nardinum. omnia teres et de nardino temperabis.

44 (= *Leid.*^{r} *3*). pessus conceptorius. adipes anserinos ÷ IIII, crocum, myrram, adipes gallinae, masticen, oleum cyprinum, ceram punicam, medullam cervinam, sucum ysopi, resinam terebintinam, adipes ursi, adipes leaenae ana ÷ II. haec omnia in vapore decoqui facito, et inde femina secrete ponat et viro misceatur.

45 (= *Leid.*^{r} *4*). pessus conceptorius ad tumorem et ad callositatem matricis et ad duritias. cerussam, medullam cervinam, ceram punicam, butyrum, oleum gleucinum et nardinum ana ÷ I, resinam terebintinam, masticen, tus masculum, spumam argenti aequis ponderibus. ut supra scripta sunt, quae sicca sunt tundis et cribellas et teris, et solvis supra dictas species, et uteris. permagnum est.

46. pessus malacticus ad duritias ⟨et⟩ ad declinationem matricis. ceram punicam ÷ I, adipes anserinos, medullam cervinam ana ÷ I et S, oesypum ℈ IIII.

47 (= *Leid.*^{r} *5*). pessarium conceptorium. medullam cervinam, resinam terebintinam, storacem, masticen, sucum ysopi,

2 obligatum: obliga. nunc (*sic*). 3 balneo. 7 abluat *Leid.*: sublavat (*sic*). 11 sublevet *Leid.*: subluat (abluat *W.*). 13 menstruabitur (*sic*) pessos. (*ubi* pessos *est pro titulo. sequuntur enim usque ad finem* Pessaria). 14 aloe. 16 nardo. 18 mastix. 20 adipes ursi *add. corr. vet. in marg.* 21 feminę secreta p. (feminę supponi *W.*, femina sibi supponat *Leid.*). 22 et concumbat *W. cum Leid.* 25 glaucinum. nardum. 26 mastice. 28 tundes et cribellas teres (*addidi* et) ...solves. 30 et *om. cod.* 32 ysopum. 34 storace. mastix.

adipes anserinos, butyrum, mel, ceram punicam, sucum faeni graeci, oleum susinum ana ÷ I, nardi ÷ IIII.

48. pessus de novem speciebus qui facit ad fervorem et vulnera recentia matricis. ceram tyrrenicam, resinam terebintinam, adipes anserinos, butyrum ana ÷ I, medullam cervinam, mel, oleum roseum, oesypum, adipes taurinos ana ÷ II.

49. Orionis conceptorium. lunam novam die Veneris et die Solis observare debebunt ambo, et die Iovis lavari debet mulier calide. post balneas sedeat ad encathisma. hac incendes myrtam, et uteris triduo.

50. pessus libianus. storacem, masticen, adipes gallinacios, medullam cervinam, oleum cyprinum ana ÷ I, ceram tyrrenicam ÷ II.

51. pessus xeranticus id est qui desiccat matrices quae humorem patiuntur. recipit stibeos lapides 2 II, libanum id est tus masculum 2 III. sucum plantaginis misce cum albore ovi.

52. pessus ad eas quae tumorem habent in matrice aut ⟨quibus⟩ pars eius evulsa est aut vexata aut ⟨quae⟩ de aliqua strictura aut de fervore laborant aut quae non purgantur. recipit adipes gallinacios, adipes anserinos, adipes taurinos, desuper renes, adipes porcinos recentes, medullam cervinam, ceram punicam, oleum gleucinum, oleum irinum, oleum cyprinum, oleum nardinum, sucum ysopi ana ÷ III, resinam terebintinam, resinam frixam ana ÷ I.

53. pessus ad matricem commalaxandam id est molliendam. medullam cervinam, adipes anserinos, nardum, ceram punicam, adipes gallinacios, oleum cyprinum ana ÷ I.

54. pessus ad fluxum sanguinis. irin illyricam tundes et pulverem facies. cum lacte humano misce et tepidum subpone. experimentatum est.

55. pessus qui facit ad reumatizantem matricem et vulnera. tus, masticen, ges astera ana 2 IIII, ceram tyrrenicam,

1 mellis. 2 susinum; sesaminum *Leid.* 3 Pessum de nove species qui f. 6 mellis. ysopum. 7 dies veneris in dies solis. 8 dies iobis lavare. 9 sedat (*sic incipit f. 28. inter fol. 27 et 28 unum folium idque vacuum excisum esse apparet*). hęc incendeņs (*sic*). 11 Pess̄ libianos. mastix. 14 Pessus erranticos i. que (q;) desiccant matricis. Id est qui (q) h. p. 15 Stibeos lapides (*pro* -dis?). 18 Pessos...qui. 19 quibus, *item* quae *addidi.* 20 qui. 22 recens. 23 glaucinum. 26 Pessus *sic.* 29 Yris illirica. 30 inmisces. 32 Pessum qui faciunt.

pomfolyga ana ÷ I. ista omnia tundis et cribellas praeter pomfolyga, teris diligenter et mittis illuc ponfolyga. facis cerotum et mittis oleum susinum ÷ I, oleum myrtinum ℥ 〈 〉.

56. grafarium qualiter embases facere debes. id est olei quiatos III, in quibus mittes aquae quiatos VI. et in hoc mittes laurum, myrtam, althaeam, cymas cypressi, cymas pini, radices ulmi, zibber, saccana. et haec omnia mittes in oleum supra scriptum et aquam et tam diu decoquantur quam diu herbae madescant et omnem aquam deducant. et cum ad oleum remanserint, quantum fuerit oleum, in uno colligis et calefacto quod corpus sustinet fovebis. identidem facis pessarium. colligis vulvas leporinas, cum maiore diligentia desiccas et teris ut ad pulverem redigas, cribellas, et sic pessarium facis de lana alba, unguis butyro recente et aspergis pulveres de vulvis supra, et sic uteris dies V, ita ut inter embases et aliam curam pauset dies V.

57 (= *Leid.*[r] *7*). pessus conceptorius. storacem calamiten, masticen, ladanum, folium, sarcocollam, cassiam, spicam, crocum, coagulum leporis, dactylos, adipes taurinos ana ℥ IIII.

58. pessarium ad fervorem matricis et praefocationem valde utile. althaea decocta et adipem vitulinum et anserinum et resinam terebintinam modice addas. quod appositum plurime prodest.

59. item althaea cocta, exinde super sedere mulierem 〈facis〉 ad vaporem. menstrua provocat.

60. haec radix decocta in vino bibatur. difficultatem urinae solvet.

Explicit pessaria in quibus continetur omnium feminarum sanitatis auxilium.

EXPLICIT GYNAECIA MVSCIONIS AVCTORIS.

1 Ponfoligos. tundes...cribellas...teres...mittes...facis...mittis. 2 ponfoligon (*bis*). 3 ℥.; (*sic, abest numerus*). 4 gerafadium. Id est olei q III (*sic*). 6 altea cimas. 7 Zibber. Saccaná. (*sic*). *cf.* *ζίγιρ cassiae sp. Diosc. 1, 12.* 8 decoquat. 9 herbas. 10 aliqua | tum fuerit oleum. 11 (identidem f. *sqq.* = Ad idem facis *Leid.*[r] *6*). colliges ...desiccas et teres...cribella et sic facis...ungues...asperges. 13 butyrum recentem. 14 de vulvas. inter basis 20 utile est. Altea... 21 addatur. quē appositum. 23 Idem. 25 bibat. 27 in quas. 29 *post* auctoris *ita pergit cod.* Incipit prologus cleopatre. cum eiusdem capitula. 'Desideranti tibi...' (*ceterum Explicit illud totum 27—29 omisit codex Palatinus, qui unus cum Hafniensi etiam Pessaria illa habet*).

CAPITVLVM SPVRIVM

(i. e. alius cuiusdam auctoris) codicum b l

(post II, 8 insertum)

[De dolore matricis. VIII (*bis*).

Dolor quoque matricis post partum haec signa habet. cum se matrix ad stomachum fecerit, vehemens nascitur dolor, torpore quoque adfligitur, interdum etiam exanimatur ut tamquam in comitiali morbo videatur esse. distat tamen hic casus ab eo quod neque oculi vertuntur neque spumae profluent nec nervi distrahuntur, sopor tamen eis esse videtur. quibus vero feminis crebro revertens perpetuum est ubi incidit, si extra vires est dolor, sanguis emissus adiuvat, si parvus est, cucurbitae adfigendae sunt inguinibus. si vero diutius iacet aut tacere consuevit, adponi oportet naribus eius ustum ex carnali ligamento vel aliud quod potest fetore odoris ⟨prod⟩esse. itemque aqua frigida perfusa adiuvat aut ruta contrita cum melle vel ex cyprino oleo, vel quod libet aliud calidum cataplasma naturalibus pubetenus inpositum. inter haec perfricare coxas et corpus eius. deinde ubi ad se redierit, circumgiras vino totum corpus. etiam si casus ipse non revertitur, frictione cotidie utendum et cibo consueto. sinapismum super ventrem inponis. tertio autem die vel quarto inponendum, donec corpus rubeat. si duritia permanet, mollire commode videtur selinum in lacte dimissum hoc est discoctum, deinde contritum cum cera alba aut medulla cervina cum irino oleo aut sevum tau-

2 Dolor quoque m. *b*: Dolorē matricis *l*. 3 fecerit *l*: fuerit *b*. torpore: corpus *b l*. 4 exanimat *b l*. 5 istatamen *b*. 6 spuma *b l*. 7 distrahantur *b*. sopor — videtur *om*. *b*. 8 seminis *b*. crebore vertens *b*, crebor evertens *l*. est *b*: *om*. *l*. extra viris *b l*. 9 sanguinis *b*. 11 tacere *l*: iacere *b*. aponi *l*. 12 fetorem odoris esse *b l*. 13 idemque *b l*. 14 calidum *om*. *l*. 15 compositum *l*. 16 eius *om*. *l*. ubi *b*: unde *l*. circumgirans *l*. 17 vinū *b l*. si *l*: sic *b*. 18 cottidie *l*. cibū consuetū (consubtum *l*) *b l*. 19 tertiū...quartū *b l*. imponendo. nec c. *l*. 20 mollire *l*: mulier *b*. cū mode *b*. solinū *b*, sulanū *l*. 21 demissū *b*. 22 caera *b*. medulla cervina *l*: *om*. *b*. yrino *b l*. seotaurino vel caprino *b*.

rinum vel caprinum cum rosa mixtum. danda etiam potio castoreum vel gitti et anetum. si vero vulva exulcerata est, cerotum ex rosa fiat et suilla recente axungia, et ovi albumen misceatur et sic adponatur, vel albumen de ovo cum rosacio mixtum adiecto et rosae trito pulvere. aut suffimentum matrici fieri ex sulphure debet, tollit dolorem. aut si purgatio mulieri nocet, cucurbitae cute incisa inguinibus vel sub mammis adpositae iuvant. si vero maligna purgatio est, subicienda sunt medicamenta quae evocent sanguinem, costum puleium violae albae apium nepeta et satureia et ysopum. in cibo quoque accipiat quae apta sunt, porrum rutam cyminum caepas sinape vel omne acrum olus. si vero sanguis qui ex inferiore parte erumpere solet, ex naribus eruperit, incisis inguinibus adponenda est cucurbita, idque per tres vel quattuor menses ut tricesimo quoque die repetierit. tunc scias te hoc vitium sanasse. si vero non se sanguis ostenderit, scias ei dolorem capitis surgere. tunc ex brachio ei sanguis emittendus est, et statim curasti eam.

1 dandas *l.* 2 gitti *b*, gytti *l* (git *Plin.*). 3 cerotum *b*: tunc *l.* fiet *b.* et suilla *l*: et exuilla *b.* 5 mixto *bl.* 6 sulphore *b*, sulfore *l.* 7 inguinibus *l*: inuiribus *b.* 8 iuv(b *b*)at *bl.* maligna *l*: *om. b.* 9 sunt *b*: est *l.* costo *bl.* puleio *b* (-u *l*). 10 albo *b.* apius *b*: amplius *l.* nepta et *b*, nepita et *l.* et (*ante* ys.) *l*: *om. b.* in-cibū *l*: cibū *b.* 11 porro *l.* rutas *b*, -ta *l.* caepas *b*, cepas *l.* 12 se(ę *b*)nape *bl.* agrum *b.* inferiore *b*, -ri *l.* 13 si (*ante* ex) *rep. bl.* incinibus *l.* 14 vel *b*: aut *l.* 15 ut *om. bl.* sciat *l.* te *om. bl.* 16 ei dolore *b*, eis dolores *l.* 17 brachio eis s. *l*, brachiis s. *b.*

Ex cod. Laur. 73, 1 f. 154 sqq.

INCIPIT LIBER GENECIAE AD SOTERIS OBSETRIX.

Soranus Soteris dixit obsetrici ad singula quęrenti ab eodem, id est de fisin muliebri, qua casu edat infantem, vel qualiter debeat observare vel si in secundis morabitur, aut si intus aliquid in utero remanserit, debeat subveniri, vel qualis nutrix adhibeatur, vel qualiter infans nutriatur.

28 Soteris dixit. Ruborem in facie permanentem aut subinde se infundentem, subito nausiam aut fastidium inesse, quid ostenditur?

Soranus respondit. Signum est menstrue purgationis, (29) iam susceptio conceptū quod matrix praeparata loca ad retentione seminis nuper acceptum sit.

29. Soteris d. In quo anno aetatis utilis conceptio?

(28) Soranus r. Ab annis nubendis legitimis quattuordecim ... (f. 154 a)

30. Soteris d. Salutaris est perpetua virginitas? (f. 158 a)

Soranus r. Salutaris omnibus modis est. viris et mulieribus contraria est res venerias.

31. Quam diu virgo servetur?

Dum incipiet purgari, tunc naturam ipsam matricem ostendit.

32. Quae sunt quae cito concipiunt?

Scilicet quae purgantur suo tempore puro sanguinem mediocrem, os autem matricis porrectum habent et longum et resolutum, et quae facile cibos digerent et mortaliter hilaris. | (f. 158 a 2)

33. Quid tempus est utile mulieres ad concipiendum?

14 *post* quattuordecim *sequuntur sine albo verba* pite infans veniat. aut qui est rectum et optabilis partus contra natura sunt. tamen si duplicis id est qui nativitate adveniunt. et hi qui pedibus sepissime qui matribus sunt innexe unde cremantur. utrum de timore aliquo sit dolor *etc. quae ad qu. 59 sqq. pertinent. interponuntur autem quae hic exciderunt interrogationes libro collectionis huius gynaeciorum Pseudosoraneae libro secundo fol. 158 a 1 p. med.*

Illud cum purgare desint ut non aliena amare voluntatem, neque vacua sit, neque redundent cursus.

34. Utilis est conceptio, quando septimo sanguis ostendit concipiat?

Non est utilis, qua multas habet molestias corporis. nam qui nascuntur, hii difficile sani sunt corpore, maxime vulneribus obpleti et matres aegras facit, sed in fine purgationis conceptio salutaris est.

* Quid est conceptio?

Recens habundantia semini. quare mulier ut reliqua animalia et pecora, sinuosam matricem habent, et tenuissimis membranis velut habitaculis separantur, ita ut acceptum semen genitale quod humano semine habundantius est sive gestauo fuerit corporis, aut excitatum animal cucurrérit, statim per omnem loca matrix adtulerit, tùnc dicta est conceptio.

* Quare dicta est conceptio?

Ex quo retinent semen certum.

* Unde dicitur rersis?

Conceptio est rersis, eo quod occulto acceptum. stitio enim greci, id est eurupton qui utique latine absconsa dicimus.

(f. 158 b) 35. Quae sunt signa conceptionis? |

Quia post conceptum mulier languire incipit, et os matricis statim cluditur et siccum esse aut leviter udum.

36 . . .

A veteribus sic est traditum quod per citius moveatur et fortius et pregnante levi animi esse et dextra mamma dolore habere. puella vero tardius moveri, et maiores molestiam facere, et nos humores similia putamus.

37. Quid est cissa?

Desiderium quoddam cibi extra consuetudine. haec autem (40) permanet qui|busdam usque ad partum, aliis tantum in primo conceptu.

38. Unde cissa dicta est?

Quibusdam putatur secundum vocem habent quae hoc nomine nuncupatur, et plurimis viris adornata est. quibusdam autem hedera quae grece cyson dicitur, quae haec non retento ordine, sed tortuosa gyrat arbores, unde mulieris scissam pati dicuntur, quae non consuetis aut cottidianis cibis, sed extraversis venientibus delectetur.

(42) 43. Quae horum curatio?

10 *ante* Quare *male additur* Soteris dixit. 16 *eadem quaestio* 'Sorani' *ap. Or. lat. VI, 345 (ex Caelio!).* 17 certum *i. e.* captum, ceptum. 24 *excidit ante resp.* (Soteris dixit) *interrogationis formula.* 25 per (*sic*) *i. e.* puer.

Stiltica scilicet et quia resoluto sunt stomacho et facile moventes aū. stalticam agoge, id est arbore, et strictiores cibos, ut est orizia, aut ova apala, aut frigida, aut pane seligine coctum, aut leporina carne vel perdicina, sed et macra vel ferarum silvestrium, vel intiba, et potio frigida. si nullus sit dolor, vinum stricticum, si nulla sit febris bibat.

44. Quemadmodum agende sunt septimo mense pregnantes?

Cum omni patientia vel cautela. tunc enim sarcinā ventris facile vexantur. cum mansuetudine quo forte faciendum est pede tempti ambulet in locis asperis leviter, neque in balneis fricetur acrius, nec aliquid ageret qui possit vexare pregnate. a rebus venereis abstineat usque ad partum, maioribus decretum est, neque mammas aut pectus facit abtrictas obsiges. tunc enim intumescunt omnia membra quae laxamento egent.

45. Quemadmodum octavum mensem observandus est?

Cum diligentia curae. quia est periculosus mensis. nam incocito fetus turbantur, et turbulosus mensis turbati difficile extrahuntur, adeo ut hoc mensis aut nullus infans aut raro aliqui possit evadere. denique uttales partus omopteicam greci vocant. crudus est enim hoc mense. partum ergo ut motu circa discrimine primo, et si cui multo pociones soluto amplius acciperint proderit. etiam si venter forte nimius et quasi prominens | suspende eam facies leviter abstrictis convenit haec (f. 159 a) venerio et staltico convenit. constet ex eo facino oleo aut myrtino fieri, ne forte rupturas aliquas venter ex ipsa tensione sustineat.

46. [Haec octavo mense

Omnia] solvenda sunt omnia ut supra diximus, ut facile partus sedatur. encatisma magnentia, hoc est laxantia, balneum frequenter et pessos adhibendos censeo, eos tamen qui sunt calastici id est de pinguedine anserum et medullis cervinis et recentia adipe porcino fiunt. hoc subtili et adhibi hos matricis, ut sepius tangantur, ut cum pondus supra scriptum venerit possit locus aperire.

48. Quid est corion?

Membrana quae continent in vulva.

49. Quare dicitur corion?

Quod ex multis membranis confiet, sicuti corus non ex uno nomine, sed ex pluribus nomen accepit.

28 sustineat. Haec oct. mense omnia... (*sic sine lac.*) *pro nova de nono mense interrogatione.* 31 sedetur *corr.* (*pro* edatur).

50. Azyon quare dicitur?

Nomen traxit a vaso. sicuti enim avaso aperias et claudas quidquid intra se, ut in eo loco corion anguion dicitur, qui occultat infantem. similiter et anguia bene dicuntur eo quod sanguinem occultet.

53. Unde constat corion?

De nervis et venis et arteriis. diversa sunt haec ratione venarum, sed participatione consimilis. venae enim plus sum (*sic*) sanguinis habent et minus spiritum. itaque laesa gluttinari et sisti bis possunt.

(53.) Quo colore est corion?

Purpurizante.

54. Unde infans in utero edens?

Matrice inuilico, quam in modum stentini bene longum matricis adiunguntur, inde cibum accipit. nam infantem in ventrem cibus eius sanguis est et movendi corporis animaque, non ore acceptnm, sed ut supradixi per intestinum inuilicare nutrit infantem, adeo ut recentes nati infantes stercus sanguineum aliquod diebus mittunt, dum haec lacte complectico tere stercus mutet.

55. Quid est amnius?

Semen quod totum habet infantem. quae res efficit ut non noceatur in utero. nam et in aqua iacet, ut in pecoribus cottidie videmus. haec membra nulla tuitione infantis habentur.

58. Quae signa sunt adventantis maturae partus.

In septimo mense sive nono vel decimo per pectine pondus sit, et circa ventre totum dolor levis et rubor inguinum tensura. matrix autem aperitur os eius. tunc molli digito temptantes occurrere, et paulatim quasi rotunditas quidam totum |
(f. 159 b) matricis os compleat.

(f. 154 a) 59. Unde cremantur utrum de timore aliquo sit dolor ante partu?

Quod sit de timore sit dolor, declausus os matricis et siccus est. si vero de partu est, nec siccus nec clausus, sed currit humor.

66. Quae sunt praeparandae ad excipientium partum?

Oleum, aqua frigidā, calefactiones spongie mollis, lana munda, fasciola, cerotaria, et adhora sella obsetricalis, gravata, dum oportuno.

61. Qualis est obsetricalis cathedra?

31 compleat. Si tamen pessarium ... *etc. quae sequuntur aliena. cf. supra ad qu. 29.* 33 partu quod sit (*sine interrog. vestigio*).

In circuitu clausa ubi sedet mulier tamquam podiolam lunatam, et habeat unde medicina accessura est, et aperta est a medietate sui opposita, quam | calidam continens, et tamen (f. 154 b) manus medicine non prohibere facilior gressus.

62. Quare duobus gravatos mulier habeat?

Quia unus utlibet stratus quo ante partum mulier si forte sit lassior recumbat, alter mollior stratus, ad hoc partus, ut se partus liberaverit, possit mollius et salubriter quiescere.

63. Quem admodum ordinanda est quae incipiet parturire?

Supina debet iacere in lecto quae est durior clausis pedibus, sed apertis renibus et femoribus. nomen principis adsidue nominetur, rex aut imperator enim greci haec fingere dicimus, ante rumpatur. cum enim proxima vis magnitudinis apertura fecerit, tunc debet sedere in sella obsetricali, et ita debes parere. quod si neglegentia vel inopia vel paupertate parientes sella tale non fuerit, sedere debebit super femora mulieris valle, vel ante partu ex aliqua iufirmitate, tunc etiam in gravato solet foetus provocari.

64. Quid faciendum si forte foros supra scriptus est, qui ideo ipsi crepet ut librica locum faciat?

Hab per hoc faciliorem in tantum praebet lapsum. si ergo hic multum arte crepaverit loca, tunc calastica tangat, ut ad hoc ipsum parata esse debebunt. sunt autem calasticae, in quibus coctum est lini semen fenu grecu et herba altea quem latinae eviscum dicimus, et his aqua calida foveant loca, et si necesse fuerit, etiam infundi debebunt, ad faciliorem lapsum, et ut supra scriptum est manibus calidis et mollibus lanis et pressis in oleo dulci et calido leniori oportebit dolore, si interdum etiam insucationibus eorundem locorum. erit a balneū abstinenda, quia post balneum refrigescet sed vire minuuntur.

65. . . .

Duae quae ex lateribus contineant, tertia vero retro, ne forte victa doloribus corruat.

66. Quem admodum medica ad ea quae parturit debet accedere?

Si quidem facit, ac propter infirmitatem ut dixi sedere in sella obsetricali possit, medicam lecto eius ubi illa iacet sedere debebit, ut posset ambe manus facili offerre, cum necesse erit. quod sibi sella per muliere sedebit, ante ipsa debebit accedere, posito scabello humiliori multo quamque haec quae parturierit, ita ut de superiore facilius extrahere possit infantem et reli-

32 *hic excidit iterum interrogatio.* 38 Medicam *etc. hic* (*ante posito quod semper* Soranus dix̄) *incipit resp. in cod.*

quias infantis, advertentes subinde vultu ne forte per verecundiam illa quae parturit difficiliorem fortitudinem tulerint. necessario enim pudorem conducitur trahis membra. |

(f 155 a) 66 a. In hoc ergo operis obsetricandi quae sunt servanda?

Solvende sunt scilicet ut omne quod cumque abstrictum fuit et alligatum fluat, ut totum corpus liberum ad connatione solutum illis partibus faciat laxamentum. sinistre vero manū digitū qui est circa pollicem diligenter exungulatū oleo dulci calido totum os matricis adsiduae in guyrum unguere et leviter aperire, ut facilius propox hoc est folliculum possit habebit processu naturalem. verbis autem blandis suadere parturientem et rogare ut clamares iniquum retentione spiritus conetur, et dum sunt dolore una ex mulieribus quae adsunt spongiam oleo habentem postero corporis ponere, tenere pondus aliquod modice. si tardius natura crepat, unguis convenit et aperiri, et staci ovi mensura inicere id est ex pinguedine anseris, et sub illis retentis facio. adsit autem obsetrix et levet, ne subito infans ruat. pericula est enim omnibus mulieribus ruina eius modi. sed ubi primum capud infantis exierit vel collum, si confractionem prudenter aperire membrum mulierum et infantem educere parebit. si locus ipse cito claudit, tunc concludit si non est trahendus infans, sed leviter est observandus. convenit enim et medicam̄ vel cludentis vel aperientis se natura consentiant, ut sine ulla modestia partus possit impleri. infans autem cum acceptus fuerit a medica, tradi altero oportebit supposito panno, ne lubrico eī manus obsetricantis officiat. danda autem operā, aut ista cum infantē exientē secundae procedunt.

67. Cura obsetricis quid faciendum est si forte manserit?

Cum apertum os matricis, mittis sinistra manum insequentem intestinum illum in quo erat infans secundis, quod est inbilicus, et sic extrahis quod alienum est. quod si inheret matrici, paulatim huc quoque illuc blandiendo potius quam recipiendo temptabis extrahere. secundas autem cum medica trahet, et parturiens debet conari, ut possit carere vim periculosa. dum haec fiunt, infantem aliqua de ministris teneat, non longe ne forte invilicum ille quem dixi aliqua ratione rumpatur, et ex sanguine facit infantem. quod si non potuerit secundae statim extrahi, quamvis in omnem rationem studiose elaborandum, sic tamen ne male tractetur mulier ex valido tractu utendum est, hoc quae ad tumore pro illis partibus alienum careat.

28 pr. c. obstetricis. quid *etc. cod., ut non significetur interrogatio.* 30 *incipit resp. post* matricis. Soteria dix̄.

(68.) Veteres iusserunt his quibus secundae manserunt adhibeant quae sternutum commovent inici naribus, et potiones quae possunt sanguinem moveri, et pessaria laxativa, quae modo servanda est post sublate sanguine.

69. . . .

Spongiis vestimenda est locis, et tacere debebit in loco calido modicis apertis femoribus ut aliena abici possint. supra pectinem autem et loca muliebria oleo dulci adsidue foveri, et coperiri candida molli et pannum vel lana plena oleo et vino his partibus adhibere, et colopidiari autem debet per locum muliebrem, et clipsterium plenum infundere cum cautela magna. nam medica inprudens ventum incitat mulieri, quod hoc modo caveri solet ut semel quod presserit clistere totum permittat solvere ventum. quod si plus clistere praematur, haec nihil molestia fuerit, quod raro accidit. unguenda est oleo calido, et fovenda ex aqua calida, aut pulticula aut ova sorbilia. post duos autem diatritos id est sexta die, si nihil non advenerit, balneum utendum et varios cibos et vinum bonum subaquatum.

* Quae adhibenda sunt ut menstrua purgentur?

Calasticis, cibis et potionibus calidis, id est puleio, ut vessica commota matricem non irritet, et quippe in vicino loco posita, ideoque calasticis rebus utatur.

70. Unde scire poterimus quod sufficienter facta est purgatio?

Ex eo scilicet quod primum parum sanguinem posteo facilibus similis et fluxus humoribus similem.

71. Quibus utimur ad scissuras ventris, quis faciet grande pondus uteri, forte geminorum vel amplius?

Cerotum utendum statim post partum, id est oleum roseum, cerussa, spuma argenti, et alumen scissu, et leviter fasciare super lana.

(72) 73. Quomodo mammas curamus qui ex habundantia lactis intumescunt?

In primo quidem ponito dactilos cum pane et pusca tritis. quod si penitus volumus lac exsiccare alumine et folia coriandri ʒ I et sinopide. quod sit humor erit ingens et ardor et dolor venerit, oleo dulci calido foveat et farina et pane mundum vel farina feni greci et lini seminis calefactio spongiis bene calentibus bene siccato ponito. cum declinatio esse ceperit, et cerotario simplici observandus est.

5 *hic quoque abest interrog. ante* Soranus dix̄ Spongiis *etc.* 11 *de clysterio haec desunt in textu Muscionis.* 19 *haec qu. non extat apud Muscionem.* 25 facilibus *i. e.* faecibus.

75. . . .

. . . cum in tumore venerit mammae, ne quid acre ut ipsis adhibeatur vel potione detur. si erit dolor, calasticis liniatur.

76. Unde intelligimus eum qui nascuntur. validum futurum et vitalis spei?

(f. 156 a) Ex eo quod mater eius toto | pregnationis tempore sana fuerit ad pariendum, et infans omnibus membris integer habeatur et omnis meatos apertos. et sic intellegitur, si vox ēī valida sit, et si titillationes intellegere pipulo suo ostendat.

77. Qui sunt nascentibus mensis?

Decimus, in secundo autem ordine septeno. nam qui octavo mense nascuntur, raro evadunt, aut numquam evadunt.

78. Quomodo abscidendus est umbilicus?

Mensura quantum quattuor digiti relinquendi sunt, et sic praecidatur praecidendum scalpello. nam reliquae incisionis qui fiunt ex ligamentis inportune sunt. nam cito faciunt tumorem. nam ubi amputatus fuerit umbilicus, si quid sanguis ex eo remanserit exprimitur. et prope ventrem infantis lana tortam aut acacia ligandus est umbilicus, ut illi quattuor digiti quae diximus extra ligatum maneant, et sic pars illa siccetur. quod etiam non omnes exierint secundae et in matre remanserint, tamen praecidendus est umbilicus ita ut diximus.

79. Quibus rebus infanti cutes tota cura data est, quae necesse est humida esse lubrica?

De vino cydemoriam, quidam etiam de murta trita et gallis similiter tusis. nam salem solum sufficit, quia eum constringit, et sale diligenter cribro medicinali trito perfricari leviter, ne molestia sustineat. (80.) postea aqua tepida fovendus est infans, si validus est. si delicatus est, melli et feni greci suco detergendus, et in aqua calida abluendus. oculos sane eius oleo dulci infundendus. cum omni ratione abstergendus. caliginis causa super umbilico sane usque dum floccet, oleum calidum ponat. (81.) et post haec a sparganis alligandus est. sunt autem spargani panni ab hoc facti, qui possunt corpus ligare. et super fasciare, et urina admittat vel stercus, femora et pedes eius involvendi sunt.

82. Quali loco nutriendus est infans?

In mediocri loco calido et nullo odore malo habentem et multum lumen. instratum autem pluma esse debebit, nec nimium mollis stratu. nec spina eius aut cervis cedentibus plumis aliqua ratione aut torqueatur aut fiat infirmus. ne nimium dura sit stratura, ne forte per negligentia de pluma excidat. sane capud modice altius quam cetera membra sit.

1 *excidit interrogatio.*

83. Quid primum cibandus est infans, vel quo tempore?

Post horas tres vel quattuor, dum abscidit omnis turbatio corporis, quam | passum est, dum exibus matricis lapsus est. (f. 156b)

84 (85). Qualem cibum primum debet accipere infans?

Illum cibum qui virtutem debeat nutriendi, et purgandi stercus stomachi, aut melle leviter coctum, quia crudu inflat. quod si nimium coctu erit abstringit. nam buturum recentem convenit. sed et oleo et vino digito in os iniciunt, facile deglutire possit. nam et aqua tepida digitos stilletur.

85. Quid est secundus cibus infantis?

Lac.

86. Utrum matris an alterius?

Non matris, quia non est utile. est enim recens et indigestus. nam ex turbatione partis lac laborat, et spissum et difficile dirigitur.

87. Quod est optimum lac?

Candidum et sine ullo dolorem nec spissum. siccum probas supra unguem destillans gutta eius, et si fundat, bonum lac significat. (88.) reliquum lac matris utile est infanti, sed matris incommodum praestat. impeditur situs ēī si lactet.

89. Quae ergo nutrix requiratur?

Talis esse debeat ut valida mamma capita oblonga habens mediae mensurae molle. ne sint primi feti, adiavenis, pectore amplo, sana, casta quod est primo requirendum et munda circa infantem.

* Sola nutrix an et mater infantem debet interdum lactare?

Aliquanto tempore commune debet infans matris colostra sugere, ut parvo vel mense, ita et in commune (90) et in cibo vel potionibus amplius accipiat, sed quod stomachum coquere possit. primo autem nutrix mellacium bibat, et sic tenerus infans facilius digerit, nutrix autem aquosum bibat.

17 siccum = sic eum. 23 *sc.* at iuvenis. 27 matricis *ante corr.* 31 *post* bibat: Expl̄ lib̄ .I. geneciae. Incipit liber .II. de causis matricis. id est de duritia. et de abstinentia menstruale. et de conceptu. Item liber expositus de vitiis quae mulieri proveniunt.

INDEX.

CAELII AVRELIANI
EX
LIBRIS RESPONSIONVM DE MVLIEBRIBVS
FRAGMENTA.

[*cf. Cael. Aurel. chron. II, 28:*
item si eversio vel inclinatio fuerit matricis, eidem consequenter ordinata adhibebimus, sicut muliebrium passionum libris docuimus.
chron. V, 91:
sed de is quae in matrice generantur (collectionibus), libris quos de muliebribus vitiis conscripsimus responsionum docuimus, de ceteris vero nunc dicemus.
fuerunt enim ex Interrogationum ac responsionum libris ad Lucretium 'quibus omnem medicinam breviter dixi' (*ox. I, 2*) *qui*
de diaeticis passionibus (cel., tard. I. II) — *cf. Anecd. mea.*
de salutaribus praeceptis (III?) — *cf. ead. Anecd. et Cael. p. 107. 466.*
de adiutoriis (III) — *cf. Cael. p. (284). 303. 315. 324.*
de medicaminibus (IV?) — *cf. Cael. p. 355. 373. 408. 440.*
de chirurgia (V?) — *cf. Cael. p. 352. (376). 493.*
de muliebribus (VI?) — *cf. Cael. (ll. cc.) p. 353. 582.*
scripserat autem multo post (Cael. p. 1. 284) etiam speciales alios libros et hypomnematicos
de febribus (= celer. pass. l. I *perd.* 165. 170. 448, *cf. Muscio II, 24*).
celerum passionum (*cf. Sor. gyn. II, 25. 58*).
tardarum passionum (*cf. ib. II, 46 etc.*).
deinde
de adiutoriis (spec. *28. 184. cf. Sor. gyn. II, 28*).
de salutaribus praeceptis (*cf. Sor. gyn. I, 32. 40*).
de passionum causis (*p. 22, cf. Sor. gyn. I, 29. II, 57*).
(chirurgumena *Sor. gyn. I, 76*)
post quae omnia
de muliebribus (*Cael. p. 252. 298*).

I, 10 (*ed. meae*).

'Ex Genetia celii aureliani methodici siccensis'

(*ex cod. Lugd. Voss. lat. qu. 9 fol. ult.v Hermes IV, 143*).

solum igitur aptum tempus conceptionis est menstruali purgatione declinante. relevata enim matrix fervorem retinet moderatum et humectationem modicam. rursum semen non potest adhaerere nisi asperitate matricis effecta, materiae lapsu fundo lacessito. ut enim in aegrotis dimissionis tempore cibus tenetur acceptus, inminente autem accessione, vel in ipsa, commoto vomitu effusus excluditur, non aliter semen firmiter teneri perspicitur purgationis fluore vergente. addimus praeterea appetentiam quoque veneream adesse veneri. sicut enim superceptus cibus non digeritur, sic semen invita matrice exceptum minime tenetur vel connaturatur, nisi feminae sitientes venerem sumpserint. licet enim quaedam violentia oppressae conceperint, illis tamen delectatio affuit animi celata iudicio. tempus ergo aptissimum conceptioni probatur quo veneris appetentia suis fuerit stimulis agitata, sed neque corpore gravato neque sucis solitis destituto. non est enim sufficiens sola cupiditas neque effectus veneris obtinetur, nisi corporis quoque aptissima fuerit habitudo.

I, 12

(*Oribas. lat. VI, 345.* De conceptu. Sorani auctoris).

Quare conceptus dicitur? ab eo quod captum teneat semen, veluti concaptio nuncupata.

I, 18

(*Oribas. lat. VI, 345*).

Discussuris praegnantibus aquatus humor vel tabidus aut sanguinolentus et veluti loturae carnis per matricem fertur, tunc inminenti casu sanguis purus, in ultimo etiam gelatus, nam Graeci thrombos appellant, vel carnis quidquam informe aut pro parte formatum iuxta temporis modum. plerisque autem gravedo ⟨lumborum⟩ atque ossuum dolor quae Graeci

4 asperitate: *sic cod.* (*E² p. 77*). 12 violentia: A nolentia *absurde c* (*E² p. 78*) *pro* vinolentia (*i. e.* violentia).

14 ergo (g̊) *c* (*E²*). 17 nęque: n̄..ʒ *c* (?). optinē *c*(?). 23 inminentia casus *c*. 25 aut in pro p. *c*. plerique *c*. 26 lumborum (ὀσφύος) *addidi*. ossuum *sic* (*pro* ossium

ischia vocant, tunc clunum atque sub umbilico pubetenus et capitis et oculorum et articulorum omnium, stomachi adtestante dolore pungenti, tunc corporis totius frigidus torpor, defectio animi, aliquando cum horroribus febris aut singultus et spasmus et vocis amputatio. is autem quae nullo inpulsu voluntario discutiuntur antecedit, ut Hippocrates ait, mammarum tabidus marcor ut deposita inflatione residere videantur sine ulla manifesta ratione, ut autem Diocles memorat, etiam femorum frigidus torpor atque gravedo insidens clunum, cum perfectus inminet partus.

I, 23

(*Oribas. lat. VI, 49*).

Post partum quae est diligentia adhibenda?

mox ut peperit, oportet spongiis aqua tepida expressis loca detergere. tunc iubenda est e cathedra celerius surgere ne frigore concepto matrix vexetur, aqua item ⟨tepida expressa⟩ mollis spongia sive lana aut latus pannus fibris sunt inponenda, ut lapsi fluores excipiantur. tunc clunum et pubetenus usque ad umbilicum lana munda loca sunt contegenda. at si forte aliqua fuerit secuta de partu quassatio, erunt oleo dulci calido lanae tingendae et sic locis dolentibus inponendae. quod si oleum non sit, axungia ... pelles exsolatae sunt inponendae. locus vero in quo iaceat mediocriter calidus est eligendus. quam oportet iacere non iunctis femoribus, ut materia fluens ... nec eius exitus arceatur. sed nec satis distantibus, ne frigore partes facile penetrentur. atque ita obstetrix iugiter demutatis pannis pudendorum foveat loca, adhibita requie et abstinentia cibi, ut in ceteris causis. et ut vires egerint est resumenda, tertia quoque die sessiones ex aqua tepida aut ex oleo et aqua fiant, et totum corpus oleo est perunguendum atque ita cibus digestibilis dandus. die vero quinta ad balneum convenit ire, et sic vini dare potionem et varios ac digestibiles cibos ministrare.

Neue I, 287). 1 ἰσχία: scian *c.* 3 pungendi *c.* 4 febres *c.* 5 his *c.* 7 inflammatione *c.* 14 aqua item ⟨tepida expressa?⟩ *c* (*i. e. Aa, ubi* atque ita *La*). 15 fimbris *c* (*cf. Cael. p. 251*). 19 d. sunt inp. *c.* 20 exungiae pellis exsallate sunt inp. *c.* 21 iacit *c.* 22 ut materia fluens ne eius exitus a. *c.* 24 atque ita (?): Adita *c.* 25 adhibita loca requiae *c.* 28 c. est digestib. *c.*

I, 24

(*Oribas. lat. VI, 49*).

... nunc quoniam plerumque ventris tegmina, quod Graeci epigastrion vocant, uteri distentione rumpuntur, non est alienum transactis primis diebus cerotaria ventri adponere ex oleo roseo confecta, admixta cerussa et spuma argenti et alumine rotundo, tunc mediocriter inpressis fasciolarum cingulis adligare.

I, 25

(*Oribas. lat. VI, 50*).

Si mammae post partum ingesto lacte inturgescant, quod Graeci spargisin vocant?

novo pondere lactis gravatae mammae primo turgescunt, deinde dolore accedente atque fervore tenduntur.

I, 43

(*Oribas. lat. VI, 54*).

Ad tumorem faucium infantibus utimur mulsa instillantes in ore et ptisanae suco, a foris cum lanis involvimus.

I, 45

(*Oribas. lat. VI, 237. cf. 56*).

Siriasin qui patitur tumet ⟨anterior⟩ pars cerebri quam Graeci bregma vocant. fit cavitas oculorum cum pallore corporis et siccitate, adtestante fastidio.

I, 47

(*Oribas. lat. VI, 54*).

[Ad fragosum rugitum faucium, quod Graeci rogmon appellant, ex fluore vel congestione flegmatis venientem rugitum dantis, in faucibus infantum ex humoribus tenacibus consistentis,

1 *post* ministrare (*sup. fragm. finito*) *continuo sic pergitur:* Numquam plerumque ventris tygmena quod Gr. *etc.* 2 *post* vocant *recentiore vocabulo et non Caeliano addit cod. La* (*i. e. recentioris versionis alterius auctor*) nos subventralem dicimus. utire distinccione *c.* 7 vocant, novo... *c.* 11 sucus *c.* cum lanas *c.* 12 anterior *ex altero loco addidi p. 56.* 15 De fragoso rugitum *c.* 16 et r. dantes *c.* 17 ex humoris tenaces consistentes *c.*

hoc modo succurrendum est]. convenit ergo aqua mulsa humorum crassitudinem tenuare destillatione frequenti. quod si forte infans fluentem humorem transvoraverit, quod necdum spuere valeat, erit eius lingua nostro digito deprimenda, ut commoto vomitu facile transvorata reiciat.

(*ib. VI, 53*).

Item Suranus auctor infantibus tussientibus ex nucleis pineis et amygdalis usque ad nidorem levi pruna tostis et lini semine ac suco glycyrizae et tragacanto cum melle confecto velut electuario usus est.

II, 1
(*Orib. lat. IV, 347*)
'ex alio auctore'.

Quibus menstrua non proveniunt vel morbo inpeditae matricis vel residui corporis, purgationis solito desertae videantur officio, necesse est eae patiantur clunum gravedinem aut tensionem vel dolorem pubetenus atque inguinum, sed et stomachi eversio fit per nausiam, tunc aurium tinnitus cum obtunsione visus et capitis gravedine vel dolore [simul et oculorum radices dolent], sed et fervor per ora insinuans ita ut igne perfundi se sentiant in vultu, cum venarum inflatione in occipitio atque radicum oculorum dolore, temptatis occurrente saepius ⟨et⟩ causa naturali ex qua purgatio negari videtur . . .

nunc quoniam communiter matrix afficitur, aliquando menstruali officio omnino negato, aliquotiens difficultate meatus inpedito, nam Graeci strangin catharsin vocant, dolore etiam comitante intestinorum tormenta concurrent et inguinum atque pubetenus cum pectine tensio cum umbilici parte, tunc etiam capitis atque cervicis cum maioribus nervis quos Graeci tenontas vocant, et oculorum et vertebrorum et femorum, cum mammarum inflatione, adtestante fastidio et ignito fervore cum siccitate muliebrium verendorum. quae omnia illo tempore corpus adficiunt quando feminae purgari solent.

3 dispueri v. *c.* 6 ex *om. c.* 7 levi pruni tostatis *c.* 8 glyrici *c.* 11 purgatione solita *c.* 12 eae: hii *c* 15 *haec ex praeced. fr. repetita videntur p. 347, 3.* 16 oras *c.* 18 temptati occurr. *c.* 19 videtur. Nunc *sine lac. c.* 21 negata . . . inpedita *c.* 22 stragin *c.* 23 concurrente *c.* 24 pectini *c.* cum u. parte *sic c.* 25 cum: et *c.*

II, 2

(*Oribas. lat. VI, 365*).

Inflammatio vel fervor cum tumore et rubore consistens quem Graeci flegmonen vocant, si in matrice fuerit ortus, ex plurimis et variis causis consurgit. fit enim ex frequenti perfrictione, fit ex diversis laboribus, fit ex aborsu... solent inflammationes ex his consurgere et nullas inter se varias vel diversas postulant curationes, sed una est omnibus diligentia adhibenda.

cum ergo in tumore fuerit matrix, aliqua communia patitur signa, aliqua propria per quae partes singulae produntur quae patiuntur. aliquando ⟨enim⟩ tota tumescit matrix, aliquotiens pars eius probatur esse in tumore. communia igitur signa sunt inflammationis saltus, inflatio, duritia, fervor ignitus, siccitas, tensio, gravedo vertebrorum, clunum, iliorum, sub umbilico pubetenus, inguinum, femorum, tunc etiam cum rigore febres acutae, iactatio doloris... atque genuum stupor frigidus, tunc et roscidus sudor, pulsus parvus creber, tunc consensus stomachi cum defectu ac solutione membrorum et crescente passione singultus et cervicis dolor atque conligationis buccarum quas Greci siagonas vocant, tunc medii capitis quod bregma dicunt, et oculorum magis radicum, urinae inpedimentum et ventris egerendi difficultas aut utriusque. in peius vero incidente passione et tumor ventris accedit et cum febre mentis alienatio et inlisio dentium et contractio nervorum quod Graeci spasmon vocant.

II, 8

(*Oribas. lat. VI, 372*).

Scleria autem dicitur durus quidam tumor resistens tactui cum insensibilitate. quamvis enim vehementer inprimatur, non facile tamen sentitur, sed torporem facit et sicut in ischiadica passione gradientibus vel sese inclinantibus dolorem movet clunum atque inguinum et sub umbilico pubetenus, cum pondere quodam ad inferiora tendente. nam si in eius collo vel osculo duritia fuerit, ilia non inflantur nec sub umbilico pubetenus tenduntur, sed inmissis digitis resistens invenitur duritia.

1 Inflammationem vel fervorem *c.* 2 ex: quae ex *c.* 4 *quae seq. ap. Orib. lat., ex alio fonte admixto illata videntur.* 5 nullam *c.* 10 quas *c.* enim *addidi.* 13 sub umbilicu tenus *c.* 15 iactatio dolores tumor adque genuum *etc. c.* 20 radicum dolent, urinae *c.* 21 utrique *c.* 24 spasmos *c.* 26 cum sensib. *c.* 27 non *om. c.* sciatica *c.*

II, 11

(*Oribas. lat. VI, 353*)

'ex alio auctore'.

Profluvium sanguinis mulierum reumatismus est matricis (43) per longitudinem temporum multos deducens humores. differentiae autem humorum sunt duo, ⟨nam⟩ aut rubeus aut aquosus et albus est. signum autem profluvii eo quod frequenter humecta sint loca differentibus in colore humoribus, color vero aegrotantis est pallidus et marcidus nutrimento cessante, adtestante fastidio, et cum gradiuntur anelant, spisso tumore pedibus subinflatis. sed intentius adhibita consideratione a se differre passio cognoscitur, siquidem nunc sine dolore nunc etiam cum dolore fluores ferri videantur et nunc sine ulceratione nunc etiam ipsa coniuncta aut cum tumore aut sordida aut limpida.

Quando autem sine ulcere aut dolore fertur, omnibus uteris (44) medicaminibus quae ad sanguinis fluxum expediunt. at si forte quisquam potionibus mederi voluerit, non sint nimium medicamentosae potiones. dabis ergo bibere loti arboris aut ipsius scobis decoctionem singularem aut Samiae terrae obolis duobus admixtis in apozima tribus cyatis, et si tempus permiserit etiam cum vino austero. aut cum suprascripto liquore leporis coagulum similiter aut cervinum aut aedinum aut agninum aut vitulinum datur aut trita myrta aut omfacium siccum. quando autem cum dolore fluit sanguis, alicis sucus iniciendus est aut ptisanae aut alicae aut oryzae sucus. quando autem cum ulceratione et inflammatione, eis ipsis uteris quibus doloribus coniunctis utendum diximus. at si sordida fuerint ulcera quae faeculentos faciant ferri liquores, non aliter quam dysenteriam curamus id est eis quae ulcera purgent, aut si limpida fuerint, similiter ut dysentericis ad cicatricanda ulcera adhibemus. in declinatione autem recorporativis medicaminibus utimur, id est vectatione diversa et deambulatione, vociferatione, inunctione,

2 differentia *c*. 3 duo: tres *c*. nam *om*. *c*. robrus *c*. 4 et albus: aut albus *c*. 8 in pedibus *c*. 9 et si q. *c*. 10 ferri: inferre *c*. 11 coniuncta sine tumore aut cum t. *c*. 14 quae: quibus *c*. 15 mederi sibi vol. *c*. 16 *post* loti arboris *infertur glossa* semen de cuius ligno (lignum *c*) melinum tinguitur. 17 decoctione singulari *c*. ovulos duo admixtus *c*. 20 cervolini aut edini *etc*. *c*. 22 salicis *c* (ἅλικος *Or*.). 24 eos ipsos *c*. 26 ferre *c*. 27 eis *om*. *c*. purgent: curent *c*. 30 vectationes diversas, et deambulationes *etc*. (*cum accusativis semper*) *c*.

cucurbita, dropace, fricatione, psilotro, smegmate, sinapismo, vomitu ex rafanis, balneo et vario cibo.

II, 15

(*Orib. lat. VI, 362*).

(50) Uncationi digitorum similiter os matricis affectum sive collum inversiones atque inclinationes sustinet et nunc in obliqua nunc in anteriora ac superiora vel posteriora ⟨et inferiora⟩, aut refuga ad interiora sustollitur. quae singula produntur inmissione digitorum. tactu enim probata sentitur in quam partem fuerit eversa, adtestantibus ceteris signis. etenim in obliquum facta inclinatione, femoris tensio cum dolore vel torpore sequitur et aliquando nutrimento cessante, tunc etiam frigido adtestante torpore cum inpedimento gressus atque statione. ac si in anteriorem hoc est superiorem partem facta inclinatio, urinae inpedimenta secuntur, tunc tensio pubetenus, et quibusdam copia negatur standi. ad posteriora vero hoc est inferiora, officium ventris inpeditur atque egestio ventositatis per podicem, tunc etiam sedendi difficultas accedit, et magis si inclinatio ad verticulum podicis fuerit facta, hoc est ad initium longaonis.

adhibenda est his curatio in accessionibus quae ad inflammationes matricis scripta est, in declinationibus vero quae malaxare possunt. prolongata autem aegritudine recorporativis adiutoriis serviendum est.

3 simili *c.* 4 colli *c.* sustineant *c.* 5 anteriora: altiora *c.* et inferiora *ipse addidi.* 7 sentiuntur *c.* 10 accessante *c.* 12 est *om. c.* 13 inclinatione *c.* 17 vestibulum pudicis *c. cf. Cael. chr. 4, 24* (*ox. 3, 138. 142*). *sed ad anum Muscio = gr. ἐπὶ τὸν δακτύλιον.* 20 est: sunt *c.*

INDEX.

In medicaminum scripturis apud hunc semper fere pro futuro praesens ponitur (contra quam apud Cassium Felicem): ponis, inlinis, admisces, conples, encolpizas, *sicut* damus *etc.*

θολος? = ὁ ἔξω θόλος balnei Alex. Trall. p. 724 Bas. cf. 735 ὁ ἐξώτερος οἶκος καὶ μαλακτικός) quale subest Soraneis Caelii ox. 3, 152 embasin adhibemus ... non sine cautione. declinanda est enim perfrictio. quapropter erit facienda in calido loco vel balnei fornice quem appellant achicholum (*sic*) sive cameram.

ad: etiam peritissimos medicos ad inspiciendum et ad curandum haec fistulae turbare possint II, 23 *extr.*

ad- *ut reliquas praepositiones constanter in compositione conservatas scribit b codex antiquissimus (rarius l, raro h):* adcelerare (*l*) II, 21. — adponere (app- II, 10. 12. 30). adpunctus *blh* 76. adplicare. adprehendere. — adferre (*l* 38 *ubi* efferat *b*). adfirmare II, 17, 8. — adtingere *prf.* adtenuate (*l*) II, 21. — admittere (ammittant *h* II, 21). *sed* alligabis *b* II, 23 (*ubi* adl- *l*, coll- *h*) *et ante s:* adseverare II, 23. 25. 31. adsuescere 127, *sed* assuescere 102 (*ubi* ads- *lh*). adsiduitate *l* (ass- *h*) II, 10. adstricta 113. *sed* aspargere 79. ascendente II, 4.

adpungere (*νύσσειν*): maxime cum adpunctus fuerit 76.

adulescenta (= *νεωτέρα Sor. 133, 12*) 89 (*ubi* alescenta *b*, alestenta *l*, allescenta *h*). *corr.* adulescentula?

adunatim (*h*) 5 (?).

albor ovi II, 10.

aliquabus *bl* 21 (*bis*). 39 (*ubi* aliquibus *h*).

aliquantum: in aliquantum (*ποσῶς*) *saepissime* (108. 115. II, 22. 30 *ter etc.*).

alius: aliae mulieri 66. 67. 114.

alter: nulla altera (*autre*) causa II, 16.

altitudo (*βάθος*): ad inspiciendam altitudinem mulieris (organum) II, 34 (*ut* in alto matricis). *cf.* altum caput habent II, 18, 11.

ana (*ἀνά*) *in medicamentorum scripturis inferunt librarii recentiores, ut h* II, 21 Resine. Terebentinę. añ. ÷ I (*quasi diversarum specierum!*).

ancistrum (*instr. chir.* = hamus *Cels. 7, 28*): infixis ancistris II, 33. infixo ancistro *ib.*

angulus: *nom. pl.* angula *bl* 11.

anquila (anguila *h*, *ἀγκύλη* = poples): concava loca sicuti sunt ascellae et anquilae (anquillae *bl*, anguiles *h*) 102. reliqua fasciae sub anquilas (*vel* -lis: anquiles *b*, -le *l*, anguilas *h*) missa II, 34.

antiquitas adseverat II, 31. fabulosa antiquitas scribit II, 3. antiqui(tas) ponebant II, 2 (*cf.* II, 9). *sic* graecitas vocat (= graeci) II, 34 (*iterumque ibid. solus h*) *et fort.* II, 25.

aquata pusca II, 22. aquatius temperato vino 69. lac aquatum 99 *etc.*

artofacium: a foris ex pollinibus ervi cataplasma et artofacium (*bl*, -ficium *h*) in-

